



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hermann Hamelmanni, S. S. Theol. Licent. & dum viveret
Superint. Oldenburgici, Opera Genealogico-Historica, De
Westphalia & Saxonia Inferiori**

Hamelmann, Hermann

Lemgoviae, 1711

VD18 11397225

9. H. Hamelmanni Genealogia Ducum, Principum, Comitum & Baronum
Illustriss. Westfaliæ Lib. III. ubi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56092)

GENEALOGIÆ

ET

FAMILIÆ,

ILLUSTRUM ET NOBILISSIMORUM

COMITUM, BARONUM
& DOMINORUM,

Qui adhuc cum suis titulis existunt, & suas veteres
ditiones possident in INFERIORI SAXONIA,
ANGRIVARIA & WESTPHALIA.

Autore

HERMANNO HAMELMANNO, Licent.
& modo Superintendente Ecclesiarum in Comitatu
Aldenburgico.

AUTOR LECTORI :

*Hoc labore fruatur tantisper lector, donec adhuc de eadem materiâ quinque
libros dederò, in quibus quidnam tractatum sit, videbit huic libro in
fine adjectum, & ibidem latius explicatum.*

Anno 1582.

P R Æ F A T I O

In librum illustrium GENEALOGIARUM instituta
ad Potentiss. Sereniss. & Inclytum Monarcham ac Dominum,

Dominum FRIDERICUM II.

Daniæ, Norwegiæ, Gothorum & Vandalorum Regem,
Schleswici, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ Ducem Illustrissimum
& Comitem Aldenburgicum & Delmenhorstanum, Principem
magnificentissimum ac Regem longe clementissimum.

Cur ego peregrinus homuncio, Regia Majestati vestra, Potentissime Monarcha, & Rex longe clementissime, hunc nostrum librum inscribam dum potius subsequenter, de Principum in inferiori Saxonia & Westphalia existentium Genealogiis librum, V. Ser. R. M. inscribere deberem, non est quod quisquam miretur, sed certo sibi persuasum habeat, me ad eam commocionis audaciam, certis & justis aliquorrationibus quas, nemo, qui candidus est, improbare poterit. Primo dum V. S. R. M. per multos annos, contra hostes bello feliciter gesserit & res praclaras terra marique cum optato successu & jucunda progressu, augustissime perfecit, non erit quod dubitem, de hoc, quasi tantum Monarcha, qualem V. S. R. M. se jam dudum prestitit & re ipsa prestat ac exhibet, non delectaretur lectione historiarum & illustrium familiarum serie cognitione? Qui enim ex monarchis extiterit, vel quinam celebres Reges fuerit, qui non historiarum consideratione & magnorum exemplis Heroum excitatis, maxima quaque peregerunt? quomodo enim res magnas ad optatum finem perducere possent, si illustriū Principū familias, exempla, & res gestas non novissent?

Secundo, quod ego canus in avitis V. Ser. Reg. Maj. illustrium Proavum & Majorum Regionibus, sub patrocinio illustris & Inclyti Comitis ac Herou V. R. M. propinqui & fidelis alumni, Domini JOANNIS, Comitis Aldenburgici & Delmenhorstani, Domini in Jever / Domini mei Clementissimi Superintendentem Ecclesiarum agam, ubi vestri Majores magnalia perpetrarunt & latas Regiones obtinuerunt fortiterque cum hostibus suis dimicaverunt. Plus est enim quam notorium, THEODORICUM, Comitem Aldenburgensem & Delmenhorstanum, ex Heilwiga Ducissa Schleswicensi, sorore D. Gerhardi & Adolphi fratrum & Ducum, tres filios & fratres genuisse videlicet CHRISTIANUM electum Regem Daniæ, Ducem Schleswici Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, Comitem Aldenburgensem & Delmenhorstanum, V. Ser. Reg. Maj. proavum, & GERHARDUM, Comitem Alden-

aldenburgensem & Delmenhorstianum, qui fuit horum modernorum Comitum nostrorum D. Joannis & D. Antonii fratrum, Comitum vere illustrium & præstantissimorum, Dominorum mihi reverenter colendorum quoque proavus atque Mauritium tertium fratrem.


Tertio, cum hunc librum historicum, qui etiam de Regum Danicorum & sua, Serenissime Rex, stirpe Regia, origine, stemmate antiquo, in ipso initio per epitomen aliquid tradit, in his vestris & meorum prædictorum Heroum locis ac ditionibus ex diversis meis collectaneis, longo usu & assidua indagatione in diversis Regionibus observatis, in ordinem redegerim, spero hunc nostrum laborem, V. Ser. Reg. Maj. qua ex vetustissima Comitum Aldenburgensium familia vere illustri, suum masculum stemma & Regiam familiam atque Ducalem progeniem trahit & sibi propterea etiam utriusque Comitatus titulum ac insignia usurpat, non ingratum fore.

Quarto mihi plane persuadeo, V. Ser. Reg. Maj. jucundum cognitu futurum, si hic breviter tanquam in summa vel in compendio legere & considerare clementissime possit, quam vetus & illustris sit Aldenburgensium Comitum progenies, & quomodo ea antiqua & illustris familia ordine per certam seriem deducta, & per ordinariam & veram in mascula linea successionem usque ad hæc tempora ex gratia filii Dei perstiterit & duraverit.

Quem meum Conatum sic diversis de causis submissime à me ad V. Ser. Rev. Maj. destinatum, ut equi bonique consulat supplex V. R. M. oro: quod mihi plane persuadeo ex hoc, quod V. Ser. Reg. Maj. habeat in Regia aula Cancellarium amplissimum & vere magnificum Heroam, ac Nobilem Dominum, Dn. Nicolaum Kaas, patronum omnium Theologorum, ac Doctorum virorum: qui pro suo Augusto (ut Dn. D. Chytræi verbis utar) & perenni Heroica bonitatis & beneficentiæ suæ fronte finit rivulos uberes in omnes doctos & antiquitatis ac pietatis studiosos emanare, & erga istos se semper humanum ac benevolum pro sua gratia & clementia ostendit, & re ipsa declarat. Ideo spero ejus amplitudinem, de hoc libro & labore nostro, cum ab ipsa perlectus erit, copiosum ut etiam de nostro instituto atque opere, testimonium coram V. Ser. Reg. Majestate daturam esse, & candide de hoc scripto judicaturum. Quod superest V. R. Maj. ejusque Reginam Serenissimam, & deinde Regiam prolem filio Dei Christo Jesu, vero Emanueli, meis precibus commendo, & subjectissime V. R. M. oro, ut clementissime hos meos labores suscipiat & meum conatum sibi placere sinat: Eadem in Christo duntisimè valeat. Datum Oldenburgi in die Bartholomæi Apostoli anno à nato Christo 1582.

V. Ser. Reg. Majest.

devotissimus & subjectissimus servulus
HERMANNUS HAMELMANNUS, Licent. Theol.



CATALOGUS


Comitum, Baronum & Dominorum,

Qui per ordinem *Alphabeticum* in hoc libro
recensentur cum suis ditionibus.

A.	I.	R.
Aldenburg.	Ifenburg,	Regenstein,
B.	Jever.	Ritberg,
Barby,	L.	Rhede,
Benthem,	Lenep,	Ratzeburg,
Berga,	Limborg,	Rostochium.
Blanckenburg,	Lingen,	S.
Brunckhorst,	Lippe.	Schowenborg,
Broick,	M.	Sverinum,
C. <i>nihil.</i>	Magdeburgum,	Spiegelberg,
D.	Mörse.	Stenfurth,
Delmenhorst,	N. <i>nihil.</i>	Sterneberg.
Deipholtium.	O.	T.
E.	Oiffriesland, vel	Tecklenborg.
Eberstein,	Orientalis Phri-	V. <i>nihil.</i>
Efens.	fia, ubi reperi-	W.
F. <i>nihil.</i>	tur descriptio	Waldech,
G.	Phrisiæ totius.	Waerberg,
Gemme.	P.	Wisch,
H.	Pyrmonth.	Witmunde.
Hoinstein.	Q. <i>nihil.</i>	X. <i>nihil.</i>
		Z.
		Zutphania.

Autores, ex quibus hunc, & quos adhuc daturus est
HAMELMANNUS libros de eadem Materia,
collegit & contextuit.

- A** Nnales ex archivis Comitum Aldenburgenſium.
Annales ex archivis Comitum Hojenſium.
Annales urbis Lemgovienſis.
Andreae Hoppenrodi *Stammbuch* gedruckt.
Alberti Crantii Saxonia & Metropolis edita.
Antonii Corvini epiftoła de rebus Weſtphalicis ad Georgium Spalatinum data, & edita.
Annales civitatis Aldenburgenſis.
Affindienſis collegii Illuſtris Canonaniſarū aliquot catalogus.
Bernhardus Witten, Lippienſis, monachus in *Leſberen* Chronicon de Comitibus de Lippia.
Cornelii Taciti libri editi.
Coſmodromium Gobelini perſona, primo Decani Biſefeldenſis & deinde monachi in *Bodeſen*.
Chronicon Monaſterienſe.
Chronicon Bremenſe.
Chronicon Mindenſe.
Chronici Mansfeldicorum Comitum pars I. edita à Cyriaco Spangenbergio.
Corbejenſium Abbatū Catalogus.
Chronicon Colonienſe ante annos 92. in folio editum germanice.
Caſpari Peuceri in additione & auctione Chronici Carionis Philippi edita.
Chronicon Saxoniae vetus ante annos 90. editum in folio, & aliud Rithmicum quoque evulgatum.
Calendaria aliquot historica & edita.
Erthwini Erthmans, Conſulis Oſnaburgenſis, Chronicon de Episcopis Oſnaburgenſibus, & de eorum rebus geſtis.
Erneſtus Brotauff in Chronico Anholdino & Chronico Merſpurgenſi ſimul edito.
Epitaphia Heroum in collegiis & canobis parietibus vel ſepulchralibus monumentis inſcripta hinc inde.
Franciſcus Irenicus in exegeſi deſcriptionis Germaniae edita.
Franciſcus Fabritius, Marcoduranus; in commentariis editis ſuper Tacitum.
Georgii Fabritii, Kemnicenſis, Chronicon Miſnenſe & de Electoribus Saxoniae & Marchionibus Miſniae editum.
Gandershemienſium Abbatiffarum catalogus.
Gerhardi Noviomagi ſcriptum de
Du-



- Ducius Geldriae & Comitibus Sutphaniae, & ejusdem catalogus Episcoporum Trajectensium, omnia edita.
- Helmoldi Chronicon editum.
- Hermanni à Kerfenbroch annotata quaedam de Westphalia.
- Hermanni à Leerbecke/ monachi, Chronicon de Comitibus Schowenbergicis & eorum gestis.
- Hermanni de Hervordia manuscripta commentaria de rebus Westphaliae.
- Henrici de Assindia manuscripta commentaria de rebus Westphaliae.
- Henrici Pantaleonis. *Hesden-Buch*.
- Justinus Lippiensis in suo *Lippi-florio*, quod ante annos 400. scripsit in Comitatu & civitate Lippia.
- Joannes Schiffhowerus, Mepensis, terminarius Oldenburgi nomine Augustinensium Osnaburgensium in Chronico Aldenburghensium Comitum.
- Joannes Petersen in Chronico Holsatiae edito.
- Jeverense manuscriptum Chronicon.
- Levoldus de Northoff/ Canonicus Leadiensis, in Chronico de Comitibus de Marcka.
- Lambertus à Hevesen/ Canonicus Cathedralis Osnaburgensis, Praepositus ad S. Joannem, & officialis Mindensis, in additione, augmento & correctione Chronici Hermanni à Leerbecke de Schowenberg. Comitibus.
- Monasterii ad S. Michaëlem in urbe Hildesia Chronicon.
- Monumenta Sepulchrorum in diversis templis, canoniis, collegiis reperta.
- Missalia quaedam, in quibus multa historica reperta sunt.
- Otto Beckmannus, Warpurgensis, in carmine de Westphalia edito.
- Orthwinus Gratus in revisione & additione libri Wernerii Rolevingii de Westphalia, hoc est, antiquae Saxoniae laudibus, editi Coloniae.
- Paterculus antiquus scriptor editus.
- Paderbornensium Episcoporum catalogus partim manuscriptus, partim editus ab Hermanno à Kerfenbroch.
- Philippus Melancthon in Chronico Charionis edito.
- Ringelemensis Monasterii Chronicon.
- Sebastiani Munsterii Cosmographia edita.
- Stedesburgensis Cænobii annales manuscripti.
- Wernerii Rolevingii, Carthusiani, scriptum de laudibus antiquae Saxoniae, hoc est, Westphaliae editum ante annos centum.

Sequitur DEDICATORIA EPISTOLA ad eos
COMITES HEROAS & DOMINOS,
Quorum in hoc libro Genealogia & res gestae traduntur.

*Illustribus Inclytis & Generosissimis Comitibus & Heroibus
magnanimis, ac Dominis excellentibus,*

Domino JOANNI & Domino ANTONIO,
Comitibus in Altenburg & Delmenhorst/ Dominis in Jever.

Domino SIMONI, Comiti in Lippia & Ritberg/
Domino in Esens/ Stedesdorff & Witmunde.

Domino ARNOLDO, Comiti in Bentheim/
Tecklenborg & Steinfurt/ Domino in Bevelinckhove/
Eingen & Rheden.

Dn. GUNTHERO, Dn. FRANCISCO & Dn. JOSIAE,
Comitibus in Waldeck.

Domino FRIDERICO, Comiti in Deipholt &
Brunckhorst/ Domino in Borchleo.

Domino PHILIPPO, Comiti in LIPPIA &
in Spiegelberg ac Pyrmunth.

Domino ENNONI, Comiti Orientalis Phrisiae
ac in Ritberg/ Domino in Esens/ Stedesdorff ac Witmunde.

Suis Dominis & Comitibus clementissimis & submisse colendis.

H. H. L. sal. in Christo dicit.

Cum tandem, illustres Comites, Heroes Inclyti & Domini generosissimi,
atque clementissimi, hunc laborem, mihi sumptuosum & sane magnum,
ad honorem communis Patriae nostrae Saxoniae & Westphaliae, post tot curas ad
felicem exitum & finem perduxerim, & diu hac mea collectanea hactenus pres-
serim, ecce jam multoties rogatus ab amicis, ante meam mortem volui hunc
librum & sequentes, quos adhuc daturus sum, evulgare & publici juris facere,
& spero V. Cels. meos sudores ac lucubraciones, longa & mediocri industria, per
X X
ali-

aliquot annos conquiritas, fore non ingratos. Vestram antiquam Genealogiam INCLYTI COMITES ALDENBURGICI fratres in ipso initio considerare potestis, sed quasi per epitomen & in brevi compendio, quia in Germanico nostro Chronico de Aldenburgenfibus Comitibus, quod hisce annis pertexui & congeffi, omnia de vestris laudatiffimis Majoribus prolixius tractavi, & res praecclare gestas Antecessorum & proavorum V. Celsi, diligenter explicui. Habet etiam V. Cl. hic genealogiam proaviae, quae erat Teutoburgica, item Ataviae vestrae, quae Honfteniana comitissa erat, & Trauvia, quae erat Deipholtiana, pulchre depictam: non hic sed alibi referam Genealogiam Abaviae, quae Ducissa Schleswicensis erat, noraviae, quae Anholdina erat Principissa, non matris, quae Ducissa erat Saxoniae, de quibus agam, quando de familiis Principum Saxoniae & Westphaliae Angriae, quae daturus sum proprium librum. Institui etiam hic Narrationem brevem de Dominio in Jever, & de comitatu Delmenhorstano. Ideo volui quae meorum laborum, quos in V. Celsi, dirione sub vestra protectione pertexui, partem destinare ad vos fratres, ut meam & gratitudinem & sinceri animi observantiam erga V. Celsi, declararem, & publice testarer, quod vos, tanquam most Clementiffimos Dominos ac Heroes Inclytos ac pios, reverenter observem & colam, nec dubito id V. Celsi, fore molestum, si aliquando eadem cum vestrae Cl. consiliariis, ut consultiffimis & magnificis atque eximiiis viris, Domino Joanne ab Halle, J. U. D. & V. Cl. Cancellario L. Burchardo Bowero, M. Henrico Tilingio & Joanne Buschmanno, de hoc nostro labore sermone instituant, ut judicia explorent de me & meo libro, qui vobis vel imprimis debetur, quibus ad annos novem inserviivi. Tandem ad fratres nobiles Generos Comites Lippenses, quibus etiam merito hic noster labor inscribitur, ita dabo. Nam Inclyti Comites, Dn. SIMON & Dn. PHILIPPE, Domini Clementissimi, in vestra urbe Lemgovia ad annos 14. integros Ecclesiasten egi, offero vobis etiam vestri antiqui stemmatis Genealogiam & historiam, quam sub protectione vestrorum Excellentium Parentum, magno studio & multo etiam labore hoc inde, tum etiam ex sepulchralibus monumentis diligenter conquisi: & hoc plane de V. Celsi, persuadeo, quod gratioso animo & hilari vultu eam amplecti velint. Habes etiam hic Domine SIMON & maternam, hoc est, Comitum de Waldech familiam, diligenter descriptam, habes etiam Inclyti hic conjugis familiam tam maternam quam paternam, hoc est, Comitum Ritbergicorum, & deinde Benthemensium & Stenvordiensium, stemma vestrum, ordine descriptum, unde isti prodierint & quam nobilem prosapiam habeant; Videbit etiam hic V. Celsi, Dominorum Esensium & Witmundensium

fium aliquam seriem: Similiter Domine PHILIPPE Comes, habebit V. Cl. hic & maternum, hoc est, Comitum Spiegelbergenfium & Pyrmonthanorum stemma, de quibus vetuli, quantum invenire potui: deinde vos Inchyti Comites Lipptaci simul invenietis hic familiam proavia, qua erat Schwenbergica, sicut etiam alibi (libro 4.) Tritavia, qua erat Hoyensis, item atavia, qua erat Mörfensis. Oro igitur V. Cl. ut omnia boni consulant & spero utriusque Cancellarios eximios ac Juris aequitatisque peritos, viros ac Jureconsultos celebres, D. L. Henricum Kirchmannum & Mag. Justum Schneidewind/ hanc meam diligentiam non improbaturos.

Ad tuam quoque Cl. & Gratiam, Inclite Domine ARNOLDE, Comes Benthemensis & Tecklenburgensis dirigo jam sermonem: Quoniam in hoc libro stirps paternæ vestra familia generosissima, hoc est, Benthemensium & Stenvordiensium Comitum, Genealogia extat, extat etiam hic & vestrum vetus maternum, hoc est Comitum Tecklenburgensium, stemma ordine descriptum, habebit etiam V. Cels. hic aliquid de Dominis vestris, Emgen & Rheden/ atque obiter de Dominio Bevelinckhose/ poterit hic quoque aliquid V. G. legere: Quod si etiam vestra Nobilissima conjugis stemma paternum & maternum vobis placeret cognoscere, posset hic facile invenire aliquid certi de Comitibus de Limborg & Mörse/ & de Dominio de Lenep. Habet etiam V. Cels. hic proavia materna genealogiam elegantem, hoc est, Comitum Ritbergicorum stemma descriptum, ideo omnium maxime decuit meam personam, ut hunc librum etiam V. Cels. imprimis destinarem, quem spero eidem fore gratum.

Vento ad vos cognati & Comites Waldephiani, Domini gratiosi & clementes: praterierunt jam anni triginta & unus, cum FRANCISCO Episcopo Monasteriensis, administratori Osnaburgensi & Mindensi, nato Comiti Waldephiano, habendis synodalibus orationibus inservirem, & jam abierunt 26. anni, quando etiam fratres Comites Waldephiani D. Volradus, doctissimus Heros, atque Dn. Joannes piissimus Dominus, vestri Dn. Francisce & Dn. Josia parentes optimi, me ad synodum & visitationem Ecclesiarum suarum in Comitatum suum Waldephianum, ex civitate Comitatus Lippia Lemgovia clementer vocarent: ideo debui etiam & V. Cels. Majorum suorum Genealogiam diligenter à me conscriptam, (ubi etiam Dn. Francisce Comes habes & materna Genealogia, qua est Comitum de Lippia, descriptionem) reverenter & officiose offerre, quam ut boni consulatis reverenter oro.

Nec quoque bona conscientia T. Cl. Inclite Comes Deipholtiane Dn. FREDERICE praterire potui, qui & Comitibus meis illustribus & vicin-

nus & amicus es, & sunt multa rationes, cur merito ad tuam Generositatem hunc librum mittam, primo quod hic legere poterit V. G. non solum vestrum paternum genus per ordinem ad se usque deductum, sed quoque celebre maternum stemma alibi daturus sum: (vidz libro 4.) poterit etiam hic Cels. V. legere Genealogiam conjugis vestrae Nobilissimae D. Anastasiae, Comitissae de Waldech paternam, & ejusdem maternam hoc est Lippiensium Comitum veterem originem: habes etiam hic Comes illustris, aviae tuae hoc est Regensteiniensis, proaviae, quae fuit Lippiensis, Abaviae, quae erat Brunckstianae & Ataviae, quae erat Aldenburgica, stemma excellens probe descriptum, ideo meam diligentiam in istis resensendis quae ad V. G. familiae hujus splendorem pertinent, boni consulat.

Nec quoque te praeterire potero Generosissime Comes Dn. ENNO, postquam & tuae Cl. paternum genus & Nobilissima conjugis stemma ac Genealogiam paternam & maternam probe hic considerare poterit V. Cels. sicut etiam in Esensium Dominorum origine similiter aliquid leget, & vestra avia ac proavia celebrem progeniem hic quoque subjectam habebit: Itaque bono & clementer animo sinat sibi placere meam diligentiam, quod etiam dum viveret comprobavit Eximius V. Cels. Cancellarius D. Justus Wetterus, & ut spero non improbabit spectatissimus & ornatissimus vir, Dominus Hermannus Prunckenus V. Cels. Consiliarius & ditionalis Judex in Dominis Esensibus & Witmundensibus, amicus & popularis meus.

Ego omnes vos Inclitos Heroes & vestrae Cels. conthorales & Illustris conjugis Christo commendo. Oldenburgi in festo Joannis anno Domini 1516.

V. Inclitae Cels. subjectissimus clientulus

HERMANNUS HAMELMANNUS,
Licentiatus.

ALTENBORG.



ALTENBORG antiquissimus Comitatus, cujus dominium se olim latè per Phrisiam extendit: modo vero est contiguus ditionibus, Bremensi, Monasteriensi, & vicinus Orientali Phrisiæ: Etsi olim diminutus sit & decreverit hostium injuria, tamen sub annis *centum & quadraginta* proximis mirifice crevit & amplificatus est, sicut à nobis in integro & absoluto aliquo *Chronico Illustrum Comitum Aldenburghensium*, quod *Germanicè* conscriptissimus, demonstratum est, deinde extant horum Inclytorum Comitum multæ res præclare gestæ, & semper ad annos *septingentos* extitere in illa Generosissima familia præstantissimi Heroes, qui res magnas singulis temporibus gesserunt, de quibus prolixè in prædicto Aldenburghensium Comitum Chronico disserui. *Albertus Crantzius* libro 2. cap. 30. *Metropolis* dicit, unum ex filiis *Wedekindi* fuisse Comitem Aldenburghicum, & libro 3. cap. 25. ait sic: Certum est illum Comitatum esse ex omnibus vetustissimum. Idem dicit & scribit in *Vandalia* sua libro 3. quod anno D. 1040, vixerit GOTSCALCUS, *Princeps Aldenburghicus* inter Vandalos, magnus primò persecutor Christianorum, & postea cum conversus esset, magnus eorum fautor & patronus factus est sub *Henrico 3.* atque existimat, non obscure referens, inde descendere Reges *Daniæ*, Comites *Hollatiæ* & *Altenburgicos*. Sunt in eadem sententia *Munsterus*, *Henricus Pantaleon* & *Casparus Pencerus*, existimantes eos ex uno stemmate *Schoenburghicorum* Comitum descendere: in quare errant. *Pantaleon* refert esse quatuor Imperii *Hergravis*, ut *Flandrensem*, *Tyrollensem*, *Altenburghensem* & *Ferrariensem*, quam hoc alii referant ad eum veterem Comitatum, qui deficiente vera linea pervenit ad Landgravios *Thuringiæ*, & modo paret Principibus *Frederico Wilhelmo* & *Joanni* fratribus ac filiis Illustriss. Principis *Joannis Wilhelmi* in *Thuringia*: ejus sunt *Insignia Rosa*. Ego hic subjiciam breviter primo, quæ in diversis Monasteriis observavi de horum Illustrum Comitum linea: postea ipse ea asseribam, quæ ex *Chronico Joannis Schiffheweri*, & ex *Romeri Sedichii*, *Quæstoris Jeverensis*, & *Antonii Blomen* collectaneis, & ex *Commentariis Laurentii Michaëlis*, *Altediani Jeverensis Historici*, & deinde quæ cum exactis, archivis & Sigillatis literis Illustrum meorum Comitum & Collegii atque Canoniorum

biorum & aliquot Parochiarum, tum etiam ex quibusdam Missalibus congeffi: sed omnia ea hic interim compendiosè per epitomen dabo, remittens lectorem ad totum illustrium meorum Heroum Chronicon à me jam absolutum.

Sic legitur in libro *fundationis & privilegiorum Canobii in Rastede*. Hi sunt Comites in Aldenborg/ patroni nostri Monasterii.

HUNO Comes & *Willa* Comitissa, FREDERICUS eorum filius, Dominus ELIMARUS, LUCKA uxor ejus, HENRICUS Comes, SALOME Comitissa, HENRICUS JUNIOR, ejus AGNEZA Comitissa, qui Henricus Comes moritur in expeditione Hierosolymitana, Otto Præpositus Bremensis, CHRISTIANUS Comes & JUTTA ejus uxor Comitissa, sepulta in Rastede/ & istorum filius CHRISTIANUS à suis innocenter occisus: *Christianus*, item Dominus *Henricus & Dn. Bernhardus* fratres, Comites in expeditione Stedingensium interempti. *Foannes* Comes, *Elisabeth*, *Christianus* Comes, *Metta* Comitissa, *Foannes* Comes & *Conradus* Comes. Hæc ibi. Item in libro *fundationis & Privilegiorum canobii Vestalium in Blanckenburg* sic legitur: Hæc sunt nomina Comitum de Aldenborg / Comes *Christianus* & uxor ejus Domina *Jutta*, Comes *Foannes* & uxor ejus Domina *Elisabeth*, & Domina *Hedewigis*, Domicellus *Christianus* & uxor ejus Domina *Jutta*, Comes *Foannes* & uxor ejus Domina *Mechtildis*, Comes *Christianus* & uxor istius *Hedewigis*, sepulta apud nos (in Blanckenburg) Comes *Conradus* & uxor illius *Ingeburgis*, Lutgardis Comitissa sepulta in Stötel/ Comes *Foannes* de Aldenborg/ Domicellus *Wilhelmus* de Aldenborg/ Dominus *Mauritius* Comes, Decanus Bremensis, *Christianus* & *Gerhardus* Domicelli de Aldenborg/ *Foannes* Domicellus de Aldenborg/ *Conradus* Comes de Aldenborg/ Dominus *Christianus* de Aldenborg/ uxor ipsius, Domina *Agnes*, Domicellus *Mauritius* de Aldenborg/ uxor ejus Domina *Elisabeth*, Domicellus *Christianus* de Aldenborg/ Domicellus *Johannes* de Aldenborg/ uxor ejus Domina *Heylwigis*, Domicellus *Christianus*, Domicellus *Mauritius*, ejus uxor *Catharina* (in Delmenhorst) *Gerhardus* Comes in Aldenborg/ & Domina *Alheidis* uxor ejus, & filii Domicelli ut *Adolphus*, *Christianus* & *Otto*. Hæc ibi.

Hactenus recensui catalogum Comitum meorum Aldenburgensium, quem in canobiis reperi: jam alium subjeciam, quem ego ex *Alberti Crantzii*, *Foannis Schiffhoweri*, *Romeri*, *Sedichii*, *Antonii Blomen* & *Laurentii Michaëlis* scriptis, Chronicis & collectaneis at que aliunde magna

magna diligentia conquisivi, sed ero hic brevior, & oro lectorem, si prolixiorum Genealogiam illustrium Comitum Aldenburgensium petat, & celebres res illorum gestas & quae olim Dominia, Regiones, arces & ditiones habuerint, cognoscere cupiat, ut nostrum Aldenburgicum Chronicon consulere dignetur. Est autem vera haec Genealogia In-clytorum Comitum:

WEDEKINDUS primo *Dux*, deinde *Rex Saxonum & Westphalorum*, habitans in Enger/ quae multis praeliis opposuit *Carolo Magno*, ex GENA Danica genuit ut multos liberos, ita & WIBERTUM, qui sedem habuit in Wildeshausen & potenter per Phrisiam dominabatur, quia *Odratam* unicam alicujus Principis Phrisiorum filiam habuit conjugem, & genuit BRUNONEM, Ducem Saxoniae, & WALBERTUM possessorem harum Regionum, absolventem novum collegium, quod pater in Wildeshausen inceperat: is filiam Comitis in Lesmona (hodie pagus Lesunb oder Lesmen) Alburgam, in cujus honorem arcem Altburg extruxit, sibi assumpsit uxorem, & genuit MEYNERUM, Comitem in Ringel-lem, patrem SIBOLDI (cujus liberi fuere, *Wedekindus, Imodus & Ringelbertus*, & ex eo Comitatu IMODUS demortuis fratribus fecit coenobium) DEITERICUM & ULRICUM se scribentes Comites in Altensborg: Comes ULRICUS periit in campo equestri *Magdeburgi* anno Domini 939. DEITERICUS ut Comes in Ringelem & Aldenborg/ dedit HENRICO *Aucupi* Caesari ejus nominis primo filiam *Mechtildim*, & genuit ex Phrisica Domina SIBOLDUM, consentientem, ut ejus fratruelis *Imothy* ex arce Ringelem erigeret coenobium, & cum affine Henrico Caesare fortiter pugnante contra *Vandalos & Ungaros* stetit in acie Siboldus. Ex Sueciaca vel Suevica produxit OTTONEM, Comitem in Aldenborg/ Dominum Rusringiae, Ammerlandiae, Broickmariae, late in his terris dominantem, SIFFRIDUM Comitem in Brochshausen/ qui & ipse fortiter pugnavit contra suos hostes. OTTO dum certaret & ageret in castris Ottonis magni & ejus filii Ottonis II. ex Saxonia delegit sibi conjugem *Mechtildim*, filiam Comitis de Alvesleben/ quae peperit ei JOANNEM, Comitem harum Regionum, & CONRADUM Comitem in Alvesleben; *Joannes* Comes egit in castris Henrici secundi Caesaris pugnantis contra Hunnos & Ungaros, atque ducta conjugem *Rixam*, Comitis Stadenfis Siffridi sorore, genuit *Rixam*, elocatum *Hajoni* Domino alicujus partis in Phrisia, & HUNONEM Comitem. Hic JOANNES & sui antecessores habuerunt *Arcem & munitiorem in*

Maré

Mari dictam Mellum, & arcem ad *Fadam* flumen vel stagnum dictam *Fadele* vel *Fedule*, & ex eis sibi omnes fere Phrisios per Orientalem Phrisiam subegerant, & ad Groningenses sua dominatione progressi erant; sed ea potentia degevit in *Hunone* Comite, quando ipsius tempore vis maris abriperet & dirueret arcem Mellum, & tunc ab eo omnes fere Phrisii deficerent.

HUNO Comes gloriosus (sic vocatur in Diplomatum Papalibus) duxit uxorem *Comitis Vechtenfis Dudonis* filiam *Guillam*, (quam *Johannes Schiffhoyer* in Chronico Aldenburgensi, dicit Regis Schotorum filiam fuisse) & magnalia tentavit, ut ad obedientiam pristinam reduceret Phrisios, qui ab eo defecerant & nonnulli eorum se *Bremensi Episcopo* subjecerant: *Hunoni* natus est filius *FREDERICUS*, cum quo rem Christianam mire promovere pergebat, extruens hinc parochias, postea delatus ad Imperatorem *Goslaria* agentem *Henricum IV.* a Praefule *Bremensi*, cum ipse pietati operam daret, quotidie agens in nova parochia nuper a se recta in *Hastede* cum *Guilla* uxore & filio *Frederico*, jam citatus a *Cæsare*, non tam subito comparuit ut debuit, ideo in majorem apud *Cæsarem* suspicionem venit, quasi colluderet cum hostibus suis, quos tunc multos *Cæsar* ille habuit, & sic propter contumaciam damnatus est quasi reus criminis læsæ Majestatis: Rursum peremptorie evocatus *Huno* proficiscitur *Goslariam* cum filio *Frederico*, ibi de illo capitalis pronuntiatur sententia, is se excusat, sed excusatio ejus non admittitur, tandem eò res deducitur, ut in campo cum *Leone* pugnet, quod voluit filius *Fredericus* loco senis patris facere, cum hoc ita statutum esset, & *Bremensis Praeful Adelbertus* frigidam suffudisset, ut mutari non posset sententia, fecit uterque votum de erigendo cœnobio, modo *Fredericus* filius & junior Comes juxta exemplum *Simpsonis*, *Davidis* & *Danielis* liberaretur ex faucibus & unguibus diri animalis rugientisque *Leonis*: interim dum isti precibus & vigiliis incumberent mœrentes, suggerit ipsis *Deus*, ut adornarent virum fictitium, eumque pinguedine recentis carnis illinirent, & talem armatum in stadium pramitterent, & sic *Fredericus* clam subsequeretur: Illud in effectum produxerunt, & res successit. Nam cum in immissam viri effigiem irrueret *Leo* lincendo, mox gladio transverberat *Leonem* *Fredericus*, & victor evadit: ita acceptus *Cæsari* uterque pater & filius, libertate, & multis bonis atque donis donantur ab eo, ut dimissi cum gaudio domum redirent: Reverentiam suam voto satisfecerunt, erigentes *Monasterium Benedictinum* in

in *Rastede* cui multa bona, villas & pagos contulerunt: & piè ibi vixerunt & sepulti sunt: *Fredericus* etsi militaret aliquoties Cæsari, & cum *Henrico Crasso*, Saxone & Comite in *Nordheim* pugnaret contra *Phrisios* (sicut etiam ibi mortuus est vel occisus *Henricus Crassus*) pro patriis privilegiis, tamen adduci non potuit, ut uxorem duceret, ideo & pater & ipse constituunt hæredem *Elimarum*, ex *Hunonis* sorore *Rixa* natum, sed mortuo *Frederico*, veniunt *Comites* in *Alvesleben* *Theodorus*, pater & *Milo* filius, gloriantes se esse ex mascula stirpe veros *Frederici* hæredes, & ideo incipiunt invadere Comitatum *Aldenburgicum*, sed diplomate Papali & sententia *Episcopi Bremensis*, juxta Testamentum *Hunonis* patris & filii *Frederici*, manet hæres *Elimarus*, ut propior hæres: & ab isto *Elimaro* ulque ad hos nostros *Inclytos Comites* mansit stemma *Aldenburgenfium* Comitum in *Mascula* propagatione.

ELIMARUS I. qui cum amitino *Frederico* magna contra *Phrisios* perfecit, duxit uxorem *Rixam*, *Dedonis* Comitis *Stadensis* & *Dithmarfiae* ex *Ida* filiam, & genuit *Beatricem*, elocata *Frederico*, Comiti *Urswarden*, comoranti in *Elmendorff*, *Joannem* & *Elimarum* 2. *Joannes* habuit filium *Joannem*, adhaerentem *Henrico Leoni*, qui eum restituit ad arcem *Aldenburgicam*, & ipsi elocavit *Principis Obotritorum* filiam *Catharinam*:
ELIMARUS II. duxit conjugem filiam *Ottonis*, Comitis *Cappenburgici*, *Elicam*, & genuit *Christianum*, virum bellicosum & se opponentem graviter *Henrico Leoni*, atque tuentem arcem *Aldenburgicam* contra eundem, atque *Henricum* Comitem, fratrem *Christiani* Comitis animosi: **JOANNIS** fratris *Elimari I.* mascula familia extitit (habens dimidiam partem Comitatus *Aldenburgici*) usque ad tempora *Conradi* Comitis, instituentis collegium in oppido *Oldenburg* / circa annum *Domini* 1360. **HENRICI** autem filii *Elimari II.* mascula familia duravit usque ad *Henricum humilem* & *largum*, sic dictum quia erga omnes se benignum, affabilem & pium exhibuit, multa canobia ditavit, atque multarum *Ditionum* Dominus & possessor fuit: Arcem ac *Domini* *Blote* cum conjugè, unica ejus hærede, consequitur & possedit, *Wildeshusen* cum propinquo suo Comite *Oldenburgico* *Thoma*, ut *Domini* *Oldenburgens.* Comitum, obtinuit, & cum eo & cum *Ludolpho* Comite ibi multas literas obfignavit, aliquam partem Comitatus in *Droichhausen* obtinuit, & Comitatum in *Tecklenborg* / ut *Cloppenburg* / urbes *Essen* & *Otte* / & castrum *Tecklenborg* possedit sibi oppignoratam: Cum vero hic *Henricus* humilis careret liberis, ultro remisit *Tecklenburgicis*

cis quæ ab eis oppignorata habuit, & ejus cognatus *Henrici Broichau-
fiani* Comitis filius, *Hilboldus* Episcopi Bremensis astutia, per confen-
sum hujus pii viri & Comitis ad se & suam Ecclesiam Dominium in
Wilseshusen transtulit, & post mortem ejus, *Dominium Blote* aliis cedit.
(Ideo jam Christiani Bellicosi Comitis, qui etiam eò coegit suis copiis
maximum illum *Electorem & Ducem Saxonie, Angrivaria & Wephalie,
Bavariaque*, HENRICUM LEONEM, ut ei cederet. Lineam muer-
lam, durantem in modernis sex posterioribus Regibus Daniae, in mo-
dernis Ducibus Holsatiae, & in nostris Comitibus Aldenburgicis & Del-
menhorstianis, ordine persequemur.

CHRISTIANI ex *Cunegunda* Comitis ultimi in *Loekum* filia, filii
erant CHRISTIANUS & MAURITIUS, & cum profectus esset *Chri-
stianus* ad terram Sanctam, (erat enim tunc Aldenburgicus & Delmen-
horstianus Comitatus in tres portiones divisus, unam utriusque Comitatus
partem obtinere *Comitis Joannis*, qui erat frater *Elimari II.* posteri &
alteram obtinuerunt *Christiani Henrici Elimari II.* filiorum & fratrum
filii simul) non sine consensu fratris dicitur interemptus ab aliis, quan-
quam *Episcopo Hartwico Bremensi* contra *Dithmarfos* pugnantem, gravi-
ter inferviret: *Mauritius* interim cum *Simone Tecklenburgico* Comite
& *Bernhardo* Comite de *Wespe* / fortiter adhæsit *Otoni IV.* *Henrici*
Leonis filio *Cæsari*, contra *Philippum Imperatorem*, & magnas ei addu-
xit copias, sicut etiam *Adolpho*, Comiti Holsatiae tulit opem, pugnantem
contra Regem Daniae *Canutum*, & cum *Phrisiis* bella gessit, tandem in
senio se pietati totum dedit, nunc in *Monasteriis Juda & Nastede* nunc
in *Cœnobio Blanckenborg* vel in *Jedelo* / & gubernationem ditionum
tradidit suis liberis & filiis, quos genuerat ex *Comitissa Schwallenburgica*
ut Comiti *Otoni*, Comiti *Christiano* & Comiti *Mauritio*, qui fuit Bremae
non minus quam *Coloniae* Canonicus: Et facta est divisio inter fratres
Otonem & *Christianum* fratres; OTTO Comes suscepit partem eam
quæ est in terminis Comitatus de *Hoya*, & vicina civitati *Bremensi*, &
in eo loco ad flumen *Delme* vel potius rivum ædificavit *Delmenhorstianum*
Anno Domini 1247. magnis impensis, & omnem suam partem, quæ
in divisione contigit, huic novæ arcis adjecit, & ducta conjuge *Ritche-
gica* *Comitissa*, nullam prolem reliquit: CHRISTIANUS frater ejus
in divisione bonam partem arcis *Aldenburgicae*, & *Westerborgum* accepit
& ducta *Mechrilda* vel *Metta* *Comitissa* de *Schladem* (qui vetus fuit
Saxonie Comitatus ad *Harciniam* sylvam, & modo paret *Duci Julio*)
genuit.

genuit *Theodorum* ordinis Teutonici Magistrum in Borussia ordine 16. *Joannem* Comitem & *Ottonem* fratres, & cum senesceret Otto patruus vel *Christiani* frater, permisit suo ex fratre nepoti Comiti Joanni habitationem in veteri sua arce Bernensi, & in testamento constituit hæredes filios fratris sui, ut nepotes: Post mortem patris *Christiani* (qui cum fratre *Ottone* aliquando bella gessit, cum Comitibus de *Hoya*) & patruui *D. Ottonis*, qui jam sibi de novo à se ædificato castro *Delmenhorst* sumperat titulum, ad se recipiunt arcem & ditionem *Delmenhorst* nam, & facta divisione, *OTTO* obtinuit Dominium *Delmenhorst* & *JOANNES* patris sui ditionem sibi sumit hæreditariam. Ibi mox *OTTO* Comes ex pietatis zelo erexit *Delmenhorst* novum collegium anno Domini 1265. (cujus ultimus Decanus mihi probe notus, ut vir doctus, fuit *Hermannus Holkenus*. Nam ad alios pios usus sunt translatus) & ibidem oppidulo privilegia contulit: cum autem is quoque careret hæredibus, quia nusquam legitur quod uxoratus fuerit, sed alibi apparet quasi *Sternebergicam* Comitissam habuerit conjugem) ideo constituit nepotes ex fratre suo *Joanne*, filios, *Joannem* & *Christianum* fratres, Comites in *Altenburg* ut veros suos hæredes, qui nati erant ex *Anna* (quam alii *Mariam* vocant) *Hoyensi* Comitissa: Et horum pater *Joannes* cum fratre *Ottone*, Comite *Delmenhorstano*, & filiis aliisque Comitibus de *Altenburg* ut vir & Heros devotus, extruxit in *Broickmerlandia* templum vel Ecclesiam in loco *Murich* (ubi modo sedes habent Comites *Orientalis Phrisia*, & est ibi modo splendida arx, cum adjuncto eleganti oppido) sicut tunc per ea loca jurisdictionem habebant *Altenburgici* Comites.

Fratres *JOANNES* & *CHRISTIANUS* Comites de *Altenburg* anno Domini 1300. mortuo patruo, consequuntur in possessionem Comitatum & arcem *Delmenhorst* & eam diu longoque tempore possident æquo jure, admodum concorditer viventes, & in Comitatu *Altenburgico* ac arce quoque dimidiam obtinebant partem: primo communiter ipsi se scribentes Comites in *Altenburg* & *Delmenhorst* ratificant Monachis *Augustinianis* ex *Osnaburgensi* urbe terminationem per omnia sua Dominia, & vidi in numerabiles literas, quas subscribunt & dederunt in *Delmenhorst* interdum etiam *Altenburgi*, anno Domini 1300. 1305. 1310. 1312. 1315. 1320. 1324. 1325. 1330. & 1334. quibus præmiserunt hunc suum titulum:

Nos Dei gratia *Joannes* & *Christiannus*, Comites in *Altenburg* & *Delmen*

menhorst / & habuerunt fratrem *Ottonem*, Canonicum *Bremenſem* *CHRISTIANUS* fuit vir & Heros doctus, admodum humanus & pius atque eloquens, cujus conſilio propter prudentiam & eloquentiam multi Principes & Heroes uſi ſunt ſape: is quoque fuit liberalis erga templa, Monasteria, erga pauperes & homines doctos & exercitatos, amavit & in pretio habuit poetas, historicos, oratores & Theologos. Nam & ipſe in Gallis *Parifiis* operam literis dederat: *Tantum* cum uterque Comes ſibi delegiſſet *Conthoralem* & inde hæredes proceſſet, cogitarunt de diuiſione hæreditaria: *Christianus* duxit uxorem *Gertrudem*, Comitiffam de *Marcka*, ex qua nati ei ſunt filii *Otto* & *Christianus*: is igitur Comitatum *Delmenhorſtanum* ſibi & ſuis retinuit diuiſione; *JOANNES*, frater *Christiani*, duxit *Margaretham*, *Lippicam* Comitiffam, & vidi literas & ſigilla, quibus illa cum Marito & Domino ſuo *Joanne* ratificaverat aliquot donationes, & clare *Rofam* inſperimus in ſigillo ejus: Sed antequam veniam ad hunc *Joannem* Comitem & ejus hæredes, percurram prius Genealogiam iſtius fratris *Christiani*, & Comitum de *Delmenhorſt*. Dixi *Christiani* Comitiffam liberam fuiſſe, *Ottonem* & *Christianum* Comites & fratres: iſti poſt mortem patris ſibi delegerunt conjuges: *OTTO* Comitiffam *Beuthemianam* *Margaretam*, quæ ei peperit filiam *Annam*, junctam Comiti *Aldenburgico* *Joanni*, descendanti ex ſtirpe *Joannis* Comitiffam, filii *Elimari* I. & fratris *Elimari* II. & hujus filii *Joannes*, *Otto*, *Christianus* & *Willelmus* erant ex ea ſtipite velle linea ultimi Comites *Aldenburgici*: *CHRISTIANUS* vero Comes *Delmenhorſtanus*, frater *Otonis*, duxit *Lutgardin* (alii nominant eam *Armegardam*) de *Brunckhorſt* / ex qua genuit *Ottonem* unicam hæredem: *Otto* vero frater & *Christianus* Comites *Delmenhorſtiani* inierunt fœdus perpetuum, idque ſigillatis literis confirmarunt cum Comite *Aldenburgico*, Domino *Conrado*, propinquo ſuo, ne ulla pars vel Comitum *Aldenburgicorum*, vel Comitum *Delmenhorſtorum* quicquam peregrino oppignoraret, vel venderet, elocaretque, citra alterius partis conſenſum, poſtquam ex una familia originem ducant hoc fit anno 1360. Et quidem hoc eſt verum. Nam ut Comites *Aldenburgici* fundarunt Monasterium in *Hude* / quod jam ſub eſt Dominio in *Delmenhorſt* / ſic eodem ſemper uſi ſunt ſigillo & inſignibus, videlicet quinque trabibus.

Cum vero morerentur & patruus Dn. *Otto* & *Christianus* patris *Otonis junioris*, Comites in *Delmenhorſt* / & jam eſſet adhuc minor annis

nis Otto filius Comes in Delmenhorst / est ei constitutus tutor prædictus Conradus Comes Aldenburgicus, cui in gratiam sui propinqui præstiterunt homagium incolæ, & rursus nomine sui pupilli, Domicelli Ottonis confirmavit privilegia Delmenhorstano oppidulo: Cum vero iste Otto adolesceret, sibi delegit uxorem Rixam Comitissam Tecklenburgicam, quæ ei peperit Nicolaum, Episcopum Bremensem, & Alheidam primam conjugem Dieterici Comitis Aldenburgici, istius Conradi Comitis, qui erat tutor Ottonis, ex filio Christiani nepotis: Otto pater & filius Nicolaus assignarunt ea lege suum Comitatum Delmenhorstanum Ecclesie Bremensi, si eligeretur Nicolaus in Archiepiscopum, quod quidem fiebat, sed cum is Episcopus à Phrisis caperetur & obstringeretur ære alieno, nemo eum redimere voluit, nisi suus ex veteri stirpe Altenburgicorum & Delmenhorstiorum Comitum (quorum est una Nobilis prosapia) propinquus & affinis Dominus Dietericus, Comes Altenburgicus, & deinde eum magis magisque premeretur atque à suis negligetur, & miserè sui in Comitatu Delmenhorstano affigerentur, ecce bonus Episcopus necessitate compulsus resignavit dioccesin ad manus Baldwini de Benden/ Abbatis ad S. Michaëlem Lunenburgi, de consensu Capituli, ea lege, ut is eum eximeret ex omnibus gravaminibus, sicut hoc publicis literis, quas etiam alii Principes, majoris fidei gratia, sigillis ratificaverunt, confirmatum est. Sed iste jam admissus præfulem agens, nihil istorum, quæ promiserat, præstitit: ideo Comes Nicolaus, degens in sua arce Delmenhorst ita gravatur & opprimitur per suos creditores & manifestos hostes, ut neque ipse neque sui subditi possent in tuto esse, ideo tandem, tanquam ad sacram anchoram fugit ad prædictum Dominum DEITERICUM, Comitem Altenburgicum (qui jam genuerat ex secunda sua conjuge Dn. Helwiga, nata Ducissa de Schleswig/ & Comitissa de Holstein/ tres filios; CHRISTIANUM postea Regem Daniæ, MAURITIUM & GERHARDUM Comites) & ipsi hanc suam calamitatem conquestrus est: Is rursus ei literas, inter suum avum Dn. Conradum & Dn. Nicolai patrum magnum & avum videlicet Ottonem & Christianum Comites Delmenhorstanos erectas, & utrobique à qualibet parte comprobatas, de fœdere inter ipsos inito, exhibuit, ne ulla pars potestatem habeat quicquam peregrinis, citra alterius partis plenarium consensum, resignandi, vendendi, oppignorandi & elocandi: interim ipsum Dominum Nicolaum eum suo parente Comite Ottone, citra suum & eorum, quorum interesse debuit, ut verorum hæredum consensum,

totum Comitatum Delmenhorstanum ad peregrinos transtulisse, præter fidem datam; ibi visis illis literis obstupefactus *Nicolaus*, quondam Episcopus, conqueritur nec parenti suo Comiti Ottoni, nec sibi ex huiusmodi quicquam unquam constituisse de tali majorum obligatione: Interim iniit cum Domino *Deiterico* Comite rationem, quod si iste velit eum liberare ex gravaminibus suis, se immisurum ipsum tanquam verum Comitatum Delmenhorstani successorem & hæredem in ipsius Comitatum & Comitatum Delmenhorstanum. Ea ratio placuit Domino *Deiterico* Comiti: Ita Dominus *Deitericus* cum tribus suis filiis junioribus Dominis proficiscitur in *Delmenhorst* cum Domino *Nicolao* quondam Episcopo, qui ad certum tempus præfinitum evocaverat ex oppidis *Wildehusen* & *Wecta* duos Notarios, & simul totam ditionis *Delmenhorstanae* multitudinem convenire iusserat, ubi coram duobus istis Notariis, in conspectu omnium subditorum ad hithis idoneis testibus, protestatur conquerendo apud telonium solenniter, & qua potuit & debet commoditate & forma ac meliori nota revocans suas & patris Comitis Ottonis donationes, vel per ignorantiam, vel per errorem, contra fœdus majorum factas, dum neuter sciverit inter Comites *Aldenburgicos* & suos majores fœdus perpetuum fuisse initum, de nullis rebus ab alienandis, citra alterius partis consensum; deinde testando conqueritur, quod *Capitulares* suum parentem Comitem deceperint & circumvenerint in præjudicium hæredum verorum, ut Comitem *Aldenburgicum*, tertio quod dolo & *Simoniaca* pravitate sit suus pater, ut simplex *Heros*, deceptus, qui ignoranter voluerit Comitatum abalienare *Delmenhorstanum*, idè cum jam primum ipse cognoverit, quod talis abalienatio parentem suum, Comitem *Ottonem* pia memoria non decuisset, jam se propter suam & patris salutem impelli, ut parentis & suas donationes & obligationes revocet & retractet; quarto quod probè edoctus sit, nunc demum, quod Comites *Aldenburgici* & *Delmenhorstani* ex una linea & stipite prodierint, & olim Comitatus *Delmenhorstani* sit ab *Aldenburgico* segregatus & sejunctus, idè nec ipsi nec parenti suo licuisse ad alienos transferre Dominium; quinto quod ipsius successor *Baldwinus* & capitulares fidem non servaverint, quod eum premi & in extremas adversitates dilabi & periclitari permiserint, nihilque opisei tulerint, quod literas Sigillitas neglexerint, & multa ipsi (*Nicolao*) assignata hoc est pacta & promissa, non præstiterint: Cum vero hic Comes *THEODORUS* de *Altenborg* ut verus hæres

haeres, ibi stet & promittat, se & Comitatum Delmenhorstanum & ejus
 subditos atque alumnos, liberaturum ex omnibus difficultatibus, quare
 (se Nicolaum) justis adduci causis, ut propter conscientiam, & de jure
 atque gratitudine debita compulsus jam *traditis clavibus ac arcem Del-*
menhorst/ praedictum Dominum Comitem Theodorum & suos filios
 juniores Dominos & omnes haeres in realem, veram & perpetuam
 possessionem arcis & Comitatus immittat, & ei omne jus in illam tradat,
 & se jam petere à suis subditis, ut ei homagium praestent, & pro suo Do-
 mino eum agnoscant: Et cum multas alias rationes suae revocationis
 & solennis retractationis protulisset Dn. *Nicolaus*, conversus ad No-
 tarios tandem inquit, peto igitur super hoc actu fieri Instrumentum &
 Instrumenta. Sic iste immissus in possessionem arcis & Comitatus, cum
 tribus filiis *Christiano*, *Mauritio* & *Gerhardo*, eam ipse & filii & ejus
 Nepos ad annos 40. pacifice absque ullius hominis contradictione pos-
 sederunt. Ideo rectè ait *Albertus Crantzius* libro II. Metropolis cap. 44.
 quod reclamaverint forsan legitimi haeres; certum interim esse,
 neque *Baldunum* neque *Gerhardum* ut successores (*Nicolai*) ullam super
 ea re movisse quaestionem, & cap. 36. ait Comitatus adipiscendi spem
 Ecclesia (*Bremensis*) conceperat, in assumptione Pontificis *Nicolai*, qui
 novissimus ejus generis putabatur de illo sanguine, non est assecuta
 Ecclesia, sed Comites de *Oldenborg* acceperunt. Quo jure non satis
 compertum habemus, per legitimam sanguinis lineam, an per affini-
 tatis copulam, aut per cujusdam tractationis formulam, aut vel Imper-
 atoris novo beneficio transierit in illos. Certum est autem Ecclesiam
 non accepisse, sed Comites memorati (de *Oldenborg*) in possessionem
 ejus venerunt, donec tandem magno interveniente bello *Episcopus*
Monasteriensis Henricus, *Administratores Bremensis*, viribus Ecclesiae Mona-
 steriensis Comites memoratos dejecit, & Ecclesiae, ejus titulum præ-
 ferebat, jussit ascribi. Hæc ille. Ea autem res sic se habet: *Gerhardus*
Comes hostilia *Lubecensibus* & *Hamburgensibus* publice indixit, propte-
 rea quod eum ex *Holsatia*, legitimo & materno suo patrimonio violen-
 ter eiecissent, ideo data & oblata ei oportunitate, cum jam mortuus
 esset ipse frater *Mauritius*, ut susciperet tutorio nomine, teste
Crantzio, arcem & Comitatum *Delmenhorstanum* gubernandum, pro
 fratris liberis, ex ea arce plurimum damni suis hostibus *Lubecensibus* &
Hamburgensibus iter facientibus & eorum mercatoribus dedit, donec
 istæ civitates implorarent auxilium *Episcopi Henrici*, qui ita tandem ad
 hoc

hoc opus aliquoties citatus, istarum urbium sumptibus, arcem & Comitatum pupillorum & innocentium orphanorum invadebat, & sibi & suis successoribus assignabat; nec potest probari, quod hoc *Cesaris mandato* fecerit, sed *jure belli & armorum*, ideo rectè ait *Crantzius in Metropoli* libro 12. cap. 12. In die Sanctorum Fabiani & Sebastiani arcem (Delmenhorstianam) deditam Henricus Episcopus ingreditur, *abire* permissis, qui tuebantur, tunc vero *puella Comitis Mauriti* filia *admirati* se non passa, ejulabat, esse suum patrimonium ajens, nullo se demeruisse crimine, ut suum amitteret sine culpa, Henricus Episcopus *armorum de* belli jure arcem esse captam, suam esse respondit, iret quò libere.

Hæc ratione per multos annos & Episcopus ille, & istius successores quinque eam obtinuerunt, donec tandem *anno Dn. 1547. ex mandato* *Commissariorum Cesaris Caroli V.* eodem jure belli & armorum, tanquam suum legitimum patrimonium invaderet & recipere istius *Gerhardi Comitis*, cui hoc adimebatur, ex filio Joanne Nepos *Dn. Antonius Comes*, qui hanc arcem exornavit, munivitque, & jam ejus filii eam possident, cum Comitatu, & munitioni magnum addiderunt augmentum. Sed ego de hac historia & de reliquis omnibus Delmenhorstianis Comitibus, ut etiam de Altenburgicis Comitibus, & eorum rebus præclare gestis & bellicis actis, multo plura, admodum prolixè in Chronico nostro de Aldenbursibus Comitibus & de eorum vita, origine, & de Comitatus situ veteri & conditione differui: ad quod ego lectorem remitto. Ideo jam tendo ad JOANNEM Comitem, fratrem *Christiani* Comitis, ex quo descenderunt Delmenhorstani Comites; quia ex hoc JOANNE derivatur propago & stirps Comitum Aldenbursium, imo *Regum modernorum Dania, & Ducum Holsatia*: ideo illam brevibus persequemur; interim revocamus lectorem ad nostrum Chronicon Germanicum.

Hujus JOANNIS mores non erant usque adeo laudabiles. Non erat prodigus, & *canibus & scortis* omnia impendit, donec ad penuriam penè redigeretur, interim multa bella gessit, præsertim pro nepotibus filiis fratris Christiani Comitibus de Delmenhorst / contra Episcopum Bremensem Gisebertum de Brunckhorst / auxiliante Luneburgico *Duce*: fuit etiam ei magna Controversia cum equite aurato *Roberto de Wosterholte* / cujus partes defenderunt *Comites de Welspe / & de Hoya* cum multis militaribus & equitibus, partim auratis partim celebribus, sed ei ex *Margareta Lippiaca* natus erat filius CONRADUS, qui jam adole-

verat, juvenis maximæ indolis (cujus virtute Heroica, & gravitate ac pietate ad meliorem frugem commotus erat pater) Hic inquam cum patre, adjunctis sibi civibus *Aldenburgicis & Amerlandicis*, insequitur (quando antea fumo & vapore ignis, hostes ex urbe Oldenburgica ejecissent) hostes, & eos circa pagum *Tungel* aggressi, sternunt: Joannes pater in senio, jam ad meliorem frugem conversus, pietati in totum, ut dum adhæret fratri solitus erat facere, consecravit & pie mortuus est.

Filius ejus **CONRADUS primus**, Heros magnus, qui *Ottonis*, filii *Christiani* Comitis Delmenhorstani tutor erat, cum quo etiam *Ottonis* istius pater *Christianus* & patruus, Comes *Otto* inierant foedus, ne una pars ex Comitibus Oldenburgicis & simul Delmenhorstaniis quicquam peregrinis oppignoraret, divenderet vel elocaret, citra alterius partis consensum: Et hic *Conradus* magna bella pro suo propinquo *Mauritio*, Coadjutore *Bremensi*, & pro civitate *Bremensi*, tum etiam contra *Phrisios* gessit, de quibus rebus gestis diximus in nostro Chronico Aldenburgensi, cum suis propinquis (qui cum eo arcem & Comitatum Aldenburgensem ad dimidiam partem tenebant & erant ex linea istius *Joannis*, qui erat frater *Elimari II.* & filius *Elimari I.* descendentes hæredes) *Joanne*, *Ottone*, *Christiano Wilhelmo*, atque cum suis liberis *Conrado*, *Gerhardo* & *Christiano* contulit & confirmavit privilegia anno Domini 1345. fuit vir doctus, eloquens, eximia forma & gravitatis Heros, cujus opera in transactionibus, in rebus bellicis, in Consiliis plurimum exteri Heroes usi sunt, ut fuit maximæ autoritatis Princeps, & mira quoque pietate præditus. Nam nullius unquam Comitis Aldenburgici plura vidi privilegia, ratificationes atque donationes in cœnobiorum & parochianorum sigillatis literis, quam hujus *Conradi*, qui habuit duas uxores, priorem *Hoyensem*, quæ ei peperit *Conradum* & *Gerhardum*, & filiam elocatam *Deipholtiano* Comiti, secundam *Deipholtianam* nomine *Cungundam*, ex qua ei nascitur *Christianus*: pater voluit se vivo, ut *Conradus* filius iniret matrimonium, quod etiam factum est. Nam *Ingeborgam Schowenborgicam* elegit sibi conjugem & ex ea genuit *Joannem* maturius morientem, & *Mauritium*, qui ex mandato parentis *Conradi* anno Domini 1381. privilegia quoque urbi Oldenburgensi, prout avus & pater, confirmarunt: Ipsius *Conradi* primi filius *Gerhardus* cum patre *Conrado* in secundo ingressu in terram *Butjadensem*, quando militaribus copiis eos agrederentur, periit. Etli non libenter ferret *Conradus II.* ut sibi deligeret uxorem frater ejus *Christianus junior*, qui studeret *Colonia*

& ibidem agebat *Canonicum*, tamen is elegit sibi ex Comitum *Honsenianorum* veteri familia conthoralem *Agnezam*, quæ ipsi peperit *Theodorum* vel *Deitericum* & *Christianum*: Interim prius volumus persequi historiam *Conradi II.* & ipsius filiorum, *Conradus II.* instituit in parochia *Lambertina Oldenburgi* collegium anno Domini 1384. in quo Decanum & tres *Canonicos* atque 12. vicarios ordinavit, & singulis certos redditus annuos assignavit, & huic pio fratris & parentis consensum præbuerunt frater *Christianus*, & filii, *Foannes* & *Mauritius*. Hic *Conradus*, cum haberet controversiam cum *Deipholiensis* propter dotem, ipsi progressi sunt usque in urbem *Aldenburgum*, sed indurati tegulis tectorum, cum redirent ad sua, insequitur eos *Conradus* cum suis civibus, & stravit multosque cepit: Hujus *Conradi* filius *Joannes* excessit è vivis, ante annum vigesimum ætatis suæ: alter filius *Mauritius* Comes, magnus Heros duxit conjugem ex *Ducibus Brunsvicensibus*, *Elisabetham*, sororem Ducum *Frederici*, *Henrici* & *Bernardi* filiorum Ducis magni, quorum frater *Otto* erat *Archipræsul Bremensis*, ex ea Dominus *Mauritius* genuit duas filias, ut *Annam* *Otonis* Comitis *Waldeckiani* conthoralem, & *Ingebergam*, quæ elocatur Nobili *Ockoni* filio, *Kanonis*, *Capitaneo in Alurich & Brockmerland* quæ mortuo marito *Ockone*, præter fidem juramento datam, scriba primò & postea præfectus Domini *Ockonis* nomine *Jocko* usen ejicit, & sibi *Dominium* assumit, quæ de causa varia prælia gessit. Pater Comes *Mauritius*, sæpe contra *Prætorios* victoriosè dimicans, tandem Comes *Mauritius* cum conjugè anno Domini 1420. moritur, & in splendido monumento, quod sibi vivus præparari curaverat in *Rastede* sepelitur: Moriturus dixerat extensa dextra, hæc est manus illa, quæ super innocentem nulla munera sumpsit, nec cuiquam injuriam intulit. Redeo jam ad *CHRISTIANUM* fratrem *Conradi II.* qui ex Comitissa *Honseniana Agneza* genuit *Deitericum* & *Christianum*, qui fratres privilegia quoque urbi *Oldenburgi* confirmarunt Anno Domini 1403. anno Domini 1201. elocatur *Theodoro* vel *Deiterico*, *Christiani* filio, *Alheida*, Comitis *Delmenhorstiani* *Otonis* filia, & soror *Archiepiscopi Bremensis Nicolai*, cum qua habitavit in *Welsborg* & illa tandem moritur sine hæredibus, tunc quoque discedit è vita ipsius frater Dominus *Christianus*, probitate & nomine revereans patrem *Christianum*, attamen sibi ædificaverat arcem ad *Fadano* stagnum dictum *Bricjade* & sicut pater *Christianus*, ita & filius hic *Christianus* est à *Bremensibus* prælico captus, nec potuit liberari, nisi pro ipsius redemptione elocaretur terra *Wordensis* *Bremensis* Reip. Mor-

Mortuo *Christiano fratre & Mauritio* patrucele, totum Aldenburgicum Comitatum (jam quoque dudum defunctis tempore patrum suorum, illis Comitibus Oldenburgicis, qui descenderant ex illo *Joanne* Comite, qui erat *Elimari I.* filius & frater *secundi Elimari*, cujus filium *Joannem* defendendum suscepit contra *Christianum* bellicosum Heroa *Elimari II.* filium *Henricus Leo*) ut verus & solus hæres THEODORICUS obtinuit, quæ oportunitas sub trecentis annis nulli ex majoribus suis obtigerat: Ideo *Duces Schleswicensis, Gerhardus & Adolphus* Comites in *Stormar & Holstein* ipsi splendide elocant sororem suam *Heilwigam*, anno Domini 1424. ex qua ei nascuntur tres filii, *Christianus Rex Dania*, de quo postea, *Mauritius* doctus Heros, qui *Rostochii, Erphurdia* atque *Parisii* operam Juri & literis dederat, atque *Baccalaureus Juris* creatus est, erat *Canonicus Coloniensis & Bremensis*, atque *Gerhardus bellicosus*.

DEITERICUS, qui verè posset dici fortunatus, bella feliciter gessit contra Comites *Hoyenses*, & cepit in prælio *Ottonem* Comitem *Hoyensem*, & isti Comitatu irritatus, multum damni intulit anno Domini 1427. Hic jure hæreditatis & obligationis consequitur in legitimam possessionem à Domino *Nicolao* antea *archiepiscopo Bremensi*, *Comite ultimo Delmenhorstano*, & arcem & Comitatum *Delmenhorstanum* cum liberis, & eum quiete possedit: de quo negotio supra dictum est, & pluribus agemus in nostro *Germanico Chronico* de Comitibus Aldenburgicis, ubi de eorum Dominiis, Genealogia, stirpe & rebus præclare gestis agemus: *Moritur Delmenhorsti* anno 1440. vel ut alii censent anno Domini 1444. vir verè fortunatus. Ipius filius primogenitus CHRISTIANUS, opera *Adolphi* avunculi *Ducis Schleswicensis Comitis Holsteiniani & Stormaria*, elegitur *Rex Dania* propter Heroicam personam, quam etiam cum admiratione: *Itali & Cardinales, Episcopi & Duces* tum in Italia tum in Germania, tenique & ipse *Papa Sixtus IV.* & *Cæsar Fredericus III.* considerabant) tum etiam propter Heroicam indolem & varias virtutes, quarum nomine apud omnes potentes in maxima auctoritate erat, & necesse est, ut breviter ipsius Genealogiam percurram, antequam ad alios fratres Comites Aldenburgicos perveniam. Hic *Regis Christophori viduam Dorotheam* Reginam, natam ex stirpe *Brandenburgicorum Marchionum*, duxit conjugem (de qua relatius in nostro *Chronico Aldenburgensi* dicturus sum) quæ ei peperit *Olaum* maturius morientem, JOANNEM succedentem patri in regno, FREDERICUM,

Ducem Holsatia & Schleswicensem, qui postea quoque *Rex Dania* factus est, & *Margaretam*, *Reginam Sotorum* & matrem *Jacobi Stuaris Regis* Paulo ante mortem pater filio *Joanni* designato Regi, eligit conjugem *Christianam*, filiam *Electoris Saxonie Ernesti* & sororem trium *Electorum Alberti Moguntini*, *Frederici III.* Sapientis fundatoris *Academiae Wittenbergensis* (sub quo *Lutherus* incepit) & *Joannis Constantis*, qui *Augustanam Confessionem* cum Collegis Principibus, *Carolo V.* obtulit: *Rex* postea in testamento adsignavit juniori filio *Frederico* *Ducatus Holsatia, Schleswici & Stormaria, atque Dithmarsiam*: quam nec *Joannes Rex*, frater *Frederici Ducis*, nec ejus filius *Christianus II.* Rex ipsi eos *Ducatus ad Dimidiam usque partem* concederent.

JOANNES *Rex Daniae & Norwegia* est, sicut & pater ejus creatus quoque *Rex Daniae* est, ex quo regno, sicut etiam patri accidit, posteris excluditur, & infeliciter pugnat contra *Dithmarsos*, ubi multi Nobiles & duo *Comites Aldenburgici*, *Adolphus & Otto* perierunt, & vix elapsi sunt *Rex & fratres Fredericus Dux* anno Domini 1500.

Ex *Joanne* nascitur **CHRISTIANUS II.** (quem *Christiernum Dani* vocant) qui mortuo patri anno Domini 1513. succedit, & magnam de se bellis gerendis spem fecerat, ductaque *filia Regis Hispaniarum & Ducis Burgundici Philippi*, & sorore *Caesarum Caroli V. & Ferdinandi I.* **ISABELLA**, vel *Elisabetha*, genuit *Joannem* in aula avunculi *Caroli V.* defunctum, *Dorotheam* uxorem *Frederici Electoris palatini II.* Principis Sapientis, & *Christinam* conjugem *Ducis Lotharingiae*. Cum vero ipse in regno *Sueciae* primo & deinde in *Dania* tyrannum variis modis ageret, & se adulteriis & multis caedibus pollueret, Deus eum regnis turbatis & ad eorum gubernationem, patrum ejus **FREDERICUM** vocat, qui commissis aliquot praeliis *Regnum Daniae & Norwegia* obtinet, & administrat, atque tandem cum secundo rediturus ad recipienda regna **Christianus II.** Rex cum magnis copiis adesset, capitur in *Norwegia* & custodiae includitur, (de quo bello & tumultu prolixius egimus in nostro *Aldenburgico Chronico*.)

FREDERICUS Rex dictus pacificus & humanus: ex prima conjugem *Anna*, *Electoris Brandenburgici Joannis* filia, & sorore *Electorum Joachimi I. & Alberti Moguntini & Magdeburgensis Archiprasulis* (quia & *Joannis Regis fratris Frederici*, filiam *Elisabetham Joachimus primus Elector*, frater *Annae*, quoque duxerat conjugem matrem *Marchionis Joachimi II. & Joannis fratris ejus*) **CHRISTIANUM II.** Regem *Daniae*, re & nomi-

nomine Christianum, *Dorotheam* primi Ducis Borussiae Alberti Marchionis Brandenburgici conjugem, *Elizabetham Magni* primo, deinde *Uldarici* Ducum *Megapolensium*, uxorem genuit, & ei secunda conjunx *Sophia*, *Bugislai* Ducis *Pomeraniae* filia & *Barnini* soror, peperit *Joannem* Ducem *Holsatiae* caelibem, honestum, pium & bonum Principem mortuum anno 1581. *Adolphum* Principem bellicosum, *Dorotheam Christophori Megapolensis* conjugem & *Fredericum Coadjutorem Bremensem*, *Episcopum Hildesimensis & Schleswicensem*, morientem anno Dn. 1556. Mortuo *Frederico* anno Domini 1533, in diversas trahuntur partes proceres Regni Danici, alii repetebant captivum Rege *Christianum II.* cujus etiam partes in eo regno acriter defendit *Comes Christopherus ab Altenborg*, occupans *Hafniam urbem* per annum integrum: alii eligebant *Frederici I. Regis primogenitum CHRISTIANUM Ducem Holsatiae* in Regem, is igitur animose omnes adversarios, ut *Albertum Ducem Megapolensem*, *Christophorum Comitem Altenburgicum & Delmenhorstannum*, & alios vicit & ex regno ejecit, & deinde pacifice occupavit Regnum & similiter *Norwegicum*: & ut sub gubernatione regia sui patris *Frederici*, dum ille *Holsatiam* administraret loco patris, curavit ibi Evangelii doctrinam per *D. D. Eberhardum Windensche plantari*, ita jam ingressus Regiam sedem hoc unum egit, ut ibi per duo Regna sua, Evangelii doctrina, opera *Dn. D. Joannis Bugenhagii* Pomerani, qui etiam diademate & Regia corona Regem solemniter inauguravit, propagaretur. Ita ille in vera pietate, in vera invocatione & timore DEI vixit omnibus diebus vitae suae: Duxerat uxorem ex veteri Ducum & Electorum Saxonorum familia nunc ad Albim sedes habentium, *Dominam Dorotheam*, Ducis *Magni* filiam & *Francisci* sororem, & ex ea genuit *Annam*, Electoris Saxoniae *Augusti* conthoralem, *FREDERICUM II.* Regem modernum, *MAGNUM Ducem in Livonia*, *Principem Curlandia*, *Torpeti*, *Oeselis & Bick*, *JOANNEM* juniorem, Ducem *Holsatiae*, & *Dorotheam*, *Wilhelmi* Ducis *Luneburgici* conjugem.

ADOLPHUS Dux ducta *Christistiana* Landgravii *Hassiae Philippi* filia, genuit *Fredericum*, *Philippum*, *Joannem*, *Adolphum*, & plures filios ac filias, fuit aliquando Dux copiarum vel equitum in castris *Caroli V.* in obsidione urbis *Metensis*, & *ordinis inferioris Saxoniae* est *Capitaneus* hic Dux: adhuc in Ducali prole in Domino superest.

Postquam *Christianus III.* Rex juste regnum per multos annos administrasset, & pie in vera invocatione Dei vixisset, etiam praemoni-

tus ab angelo, placide moritur Calendis Januarii anno Domini 1559. Quo ipso anno per astatem bellico Marte filius Rex FREDERICUS, Dux Joannes, & Adolphus conductis copiis (quando etiam ipsis militarent Comites Aldenburgici, pater Antonius & filius Joannes) sibi subigerunt *Dithmarsiam*: Paucis de hinc temporibus elapsis, cooritur bellum inter Reges Dn. Fredericum II. Danicum & Ericum XIV. Suecicum, in quo conscriptis copiis multis Fredericus II. Rex Daniæ, aliquoties ab hoste gloriosam victoriam reportavit, quando quoque tunc Regi Danico militarent ex Germanis Comites Guntherus & Joannes Guntherus, Comites Schwartzenburgici, Joannes & Christianus Aldenburgici Comites, item Capitanei Georgius ab Holle / Hilmarus a Mönichhausen & plures.

Tandem turbato ex regia sede ERICO Rege, assumitur frater JOANNES ad regia gubernacula, is cum videret se nihil prestare posse contra Fredericum Regem Daniæ, multoties triumphatorem, meditatur pacis conditiones, quæ tandem cum illud bellum in Odavum usque annum durasset, & inventæ & stabilitæ sunt in urbe Pomeraniæ *Sundaburg*. Fredericus II. Rex, tranquillitati redditus, duxit conjugem Ducis *Megapolensis Uldarici* filiam *Sophiam*, piissime à pia matre educatam, quæ ei peperit CHRISTIANUM designatum Regem, Dn. ULRICUM Principem, item filiam *Annam, Elizabetham & Augustam*.

JOANNES junior, Dux *Holsatiæ* & Regis frater, ducta *Elizabetha Ernesti Brunswicensis*, Ducis de *Grubenhagen* unica filia, genuit *Dorotheam, Christianum, Ernestum, Alexandrum, Augustum, Mariam, Joannem Adolphum, Annam, Sophiam, Elizabetham, & Fredericum* omnes Principes & Principissas.

Christus det Regi FREDERICO II. Monarchæ potentissimo, glorioso & victorioso, vitam longam & salutarem, & illam veterem Regiam ac Ducalem familiam, quæ ex Aldenburgicis nostris Comitibus primam habet ac ducit originem, semper conservet. Redeo jam ad fratres *Christiani I.* Regis Daniæ (cujus jam posteros recensui) Comitem *Mauritium* & Comitem *Gerbardum* Bellicosum (licet de Daniæ posterioribus sex Regibus & de *Holsatiæ* Ducibus, descenditibus ex *Christiano I.* Rege Daniæ, nato Comite Aldenburgico, plura dixerim in Chronico nostro Aldenburgico.)

Avunculus Comitum Aldenburgensium Dux *Schleswici* & Comes *Holsatiæ Adolphus* & Rex Daniæ *Christianus I.* frater volebant, ut permanceret Ecclesiastica persona Comes *Mauritium*, atque gubernationem utri-

utriusque Comitatus permitteret fratri *Gerhardo* Comiti, qui etiam de consilio avunculi & fratris Regis ducit sibi uxorem *Adelheidam* Comitis *Nicolai de Tecklenborg* filiam, atque ex ea genuit *Gerhardum, Adolphum, Deitericum, Joannem, Ottonem, Christianum*, & quinque filias, de quibus postea: *Mauritius* autem dissuadentibus Rege fratre & avunculo *Adolpho*, tamen persuasus à *Bremensibus* sibi eligit uxorem *Catharinam Ottonis*, vel ut alii dicunt *Joannis, de Hoya Comitis filiam*, quæ ei peperit *Jacobum* filium & filias *Heilwigam & Alheidam*, cum non cederet *Gerhardus* fratri, is inita confederatione cum *Rep. Bremensi & Comitibus de Hoya* bellum fratri *Gerhardo* intulit, multumque damni dedit: *Gerhardus* ope fratris *Regis Christiani Mauritio* occurrit & nomine *Regis Danici* huic opem tulit *Wilhelmus senior Brunswicensis*, dictus *Gotteshoe* vir bellicosus, & tandem utraque pars congregiens, stat victoria apud *Gerhardum*, opera *Ducis Wilhelmi novies victoris*: multi tunc *Bremenses* capiuntur, tandem res componitur inter fratres, ut *Delmenhorstanum Comitatum Mauritius*, *Gerhardus* vero *Aldenburgicum* sibi retineret: *Mauritio* interim agente in Comitatu suo. *Gerhardus* in *Holsatiam* proficiscitur, & ibi aliquandiu rerum potitur, sed inde opera *Lübecensium & Hamburgensium* ejectus, de qua re dicam in nostro *Aldenburgenfi Chronico* prolixius, redit ad sua, interea mortuus erat frater *Mauritius* cum uxore, relictis parvulis liberis, quorum tutelam suscepit *Comes Gerhardus*, & sic tutorio nomine possedit arcem *Delmenhorstanum* pro fratris liberis. Et ut *Gerhardus* antea sæpius contra *Phrisios, Wildeshusenses & Bremenses* feliciter pugnaverit, ita jam amicitiam renunciat *Lübecensibus & Hamburgensibus* bellumque indicit *Gerhardus*, & sic mercatorum *Lübecensium & Hamburgensium* pannos in arcem *Delmenhorstum* transferri curat, & ita capiendò & rapiendò pro more bellico, ut publicis istorum hostis, multum damni istis urbibus & earum incolis intulit, (sicut de ea re prolixius in *Aldenburgico Chronico* nostro Germanico diximus) ita istæ urbes factus ineunt cum *Episcopo Monasteriensi & administratore Bremensi Henrico Schwarzzenburgico*, ut simul cum ipso, vel ipsius auxilio cingant arcem *Delmenhorstum*; *Episcopus* consentit, & utrobique conscriptis copiis cingunt *Delmenhorstum* obsidione valida, atque ponunt castra, continuataque obsidione occupatores arcis ad deditionem cogunt, qui inedia compulsus *Episcopo* arcem & Comitatum tradunt, quem ille ingrediens, expulsis veris heredibus & pupillis, assignat ditioni *Monasteriensi*, & suis successoribus

ac posteris, qui sibi, quod innocentium pupillorum erat, & hereditarium legitimorum Comitis *Mauritii* heredum Dominium, ad se transferunt & sibi usurparunt: deinde iste Episcopus fugato Comite *Gerhardo*, modo ejus filii vellent Altenburgicum retinere Comitatum, coacti sunt hoc præstare Episcopo Dominatori, quod præcipere Comes JOANNES, cæteris fratribus ingenio, fortitudine & forma præstantior, de consilio patris & propinquorum atque etiam fratrum, suscipit gubernationem ditionis Altenburgicæ, qui elocat sororem *Alheidam* Domino de *Wesse* / *Armagardam* Nobili Domino *Heroni* / *Domino in Esens* / *Heilwigam* *Edeni* *Wimelken* II. Domino in *Wimelken* / *Anna* vero & *Eltzabeth* filia quoque *Gerhardi* Comitis, maritus nuptæ & postea quoque peste infectæ ex hac vita anno Domini 1500. decedunt: *Mauritius* quoque ex fratribus tres numero vivere desiderunt, ut *Gerhardus*, *Deitericus* & *Christianus*: *Adolphus* & *Otto* in *Dithmarsia* perierunt, JOANNES Comes bis sibi bello subegit *Phrisios*, *Butjades* & *Statlandos*, sed uno anno ipsi tres miserabiles casus acciderunt, amittit anno Domini 1500. patrem *Gerhardum* in peregrinis locis decedentem in Gallis, amittit & fratres *Adolphum* & *Ottomem* occubentes in *Dithmarsia*, tertio ab illo defecerunt *Butjadi* & *Statlandi*: *Joannes* duxit uxorem *Annam* Principis *Ernesti* *Anholtini* filiam, & sororem *Joannis*, *Georgii* & *Joachimi* optimorum Principum, & ex ea genuit *Joannem*, *Georgium*, *Christophorum*, *Annam* & ANTONIUM; (Hic multa ad utilitatem sui Comitatus fecit, oppignorata redemit, & tandem evocatis Ducibus *Brunsvicensibus* & *Luneburgensibus* *Henrico* seniore, *Erico* ejus fratre, *Henrico* medio, & *Henrico* juniore & *Philippo*, in *Sava* *Hyemne* *Butjadam* & *Statlandiam* bellico Marte invasit & occupavit, & quod juris Principes in illam terram habebant, conditionibus pactis & certo pretio ad se transtulit, & tam fertilem ditionem filiis & successoribus possidendam & gubernandam reliquit & arcem *Uelgunne* pro retinenda illa regione extruxit, munivit & milite ornavit, & mirifice Comitatum auxit: Eo, anno Domini 1526. mortuo, cum pietatem pro more pontificio exercuisset summa diligentia, filius hujus natus *Martinus* JOANNES in tertium usque annum gubernat patriam ditionem, interea etiam elocatur soror *Anna* *Ennoni* *Comiti* *Phrisia*, postea habuit causas, cur à regimine ditionis paternæ discederet *Joannes*. Ipsius frater *Georgius* erat heros simplex, ideo ipse respuebat molem gubernationis. Nam is se totum pietati dedit, & Biblia sacra sua manu descripsit.

Christophorus frater agebat Ecclesiasticam personam. Nam erat Canonicus Colonienſis & Brementis, ſic Regimen paternarum ditionum devolvitur ad juniorem fratrem ANTONIUM, reliquis corpore & animo robuſtior: *Chriſtopherus* Comes in multis præliis Ducem vel Capitaneum egregium egit, & ſe bellicoſum Heroa præſtitit in *Dania*, in *Bello Schmalcaldico*, in obſidione *Metenſi*, in pugna *Drackenburgenſi*, in pugna *Siverſhufenſi*. Fuit Heros magnanimus, doctus & ſtudioſorum fautor. ANTONIUS Comes duxit *Sophiam Ducis Magni* filiam & *Franciſci* ſororem, ex veteri *Electorum Saxonia familia* natam, & ex ea genuit *Catharinam* Comiti *Hoyenſi* Alberto præſtanti & pio Heroi eloſcatam *Joanni Gunthero* Comiti *Schwarzburgico*, Heroi prudenti pio & excellenti, *Joannem*, *Chriſtianum*, *Claram* & *Antonium*.

Pater ANTONIUS vivis adhuc ſuis fratribus bellum indicit *Monasterienſibus* anno 1538. & conſcripto milite, *Vechtiam* arcem & oppidum invadit & exurit. *Cloppenbergam* arcem & oppidum expugnat & aliquandiu occupat; Rurſum *Monasterienſis* præſul conducit copias militares & magna vi ingreditur Comitatum, exuritque aliquot pagos, & demum res componitur ita, ut *Monasterienſes* ajunt, ne aliqua pars quicquam vi tentet. Tandem ex conſeſſione vel potius jūſſu *Commiſſariorum Ceſaris Caroli V.* militari manu vel jure belli ſuum vetus patrimonium, ut arcem *Delmenhorſtanam*, invadit & vi obtinet, eamque munit, & magna prudentia utrumque Comitatum gubernat, miris modis, hinc inde poſitis aggeribus, *Domina* & ditiones ſuas auget, & ante patrem filius *Chriſtianus* moritur *Dreſdæ* in aula *Electoris* anno Domini 1572. & ſequenti anno, demortuo patri ſuccedit filius JOANNES, militia exercitatus, qui etiam declaratur hæres à *Maria Domina in Jever*, quæ viva vivum *Joannem* immittit in poſſeſſionem iſtius Domini & vult, ut juramentum præſtent ſubditi; Ita ei demortuæ ſuccedit legitime in eo Dominio, quod jam aliquot annos poſſedit, & arces *Jever* / *Altenburg* & *Delmenhorſt* ædificiis & ſtructuris ornavit & in primis munitionem earum auxit: *Castrum Nienborg* ex fundamento extruens pulcherrimè exornavit: de conſilio & voluntate fratris *Antonii* (ſicut ſub patris *Antonii* gubernatione *Evangelium* erat primo plantatum in urbe & ditione *Oldenburgica*) curavit per me *Hamelmannum* reformari *Eccleſias*: *Ordinationem Eccleſiaſticam* in uſum *Eccleſiarum* per *D. Nicolaum Selneckerum* & me conſcribi & typis evulgari, *judicia ordinariè* diſponi, vocavitque in *Cancellarium Joannem ab Halle* / *J. U. Doctorem*:
A a a dein-

deinde aliqua ex parte ad certum tempus transegit cum fratre *Antonia*, ut is *Delmenhorstannum* Comitatum ac arcem, item pulchrum castrum *Barel* & præfecturam *Harpstede* obtineret. JOANNES duxit conjugem ex veteri & illustri Comitum 4. Imperii, hoc est *Schwartzburgicorum* Comitum stemmate natam *Elizabetham*, filiam *Guntheri*, Sororem bellicosi *Guntheri*, Joannis *Guntherii* *Wilhelmi* & *Alberti* Comitum & ea peperit meo Domino, JOANNEM FREDERICUM magnæ spei & Heroicæ indolis infantem, maturius è vivis anno secundo ætatis suæ sublatum, *Annam*, *Sophiam* & *Mariam Elizabetham*: Comes *dominus* & *Clara* ejus soror adhuc cælibes vivunt & sanctissime, omnes fratres & sorores adhuc superstites sunt veræ religioni deditissimi.

B.

BARBEY Comitatus antiquus ad Albim flumen, non procul à *Magdeburgica* civitate situs: Horum Comitum Genealogiam sicut illam tradit in libro dicto *Stamm-Buche* / *Andreas Hoyer* / *rodus*, subjjciam, anno Domini 1144. vixit Comes *Burchardus* in *Barbey* & ejus conjunx fuit *Mechtilde*: anno Domini 1230. vixit *Guntherus* Comes in *Barbey* cujus uxor dicta est *Catharina*, & eorum filii *Burchardus* & *Walterus*. *Walterus* cælebs mansit, *Burchardi* conjunx erat *Sophia* & ex eo nati sunt *Buffo* Comes in *Barbey* & *Albertus*, cujus conjunx *Lutgardis* Comitissa in *Honstein* / ex quibus natus est, *Henricus* Episcopus *Brandenburgensis*, & *Albertus*, cujus conjunx erat *Jadith*, Comitissa *Schwartzburgica*, & ex his nati sunt *Elizabeth*, *Albertus* & *Guntherus*, qui habuit uxorem *Constantiam* primo, deinde *Dorotheam* Comitissam de *Gleichen* / *piam* matronam, quæ ei peperit *Joannem*, *Walterum* & *Guntherum* maturius morientes, atque *Burchardum*: interim *Joannes* duxerat uxorem *Margaretam* de *Quervorde* / sed caruit hæredibus. *Burchardi* conjunx erat *Sophia*, *Sigismundi* *Anholdini* filia, & ex ea natus est *Guntherus*, qui *Dominium* *Eglen* ad se transtulit, & uxorem habuit *Catharinam* Comitissam à *Regenstein* / atque postea oppignora vit *Dominium* *Eglen* *Archiepiscopo* *Magdenburgico*, & habuit filios *Burchardum*, *Joannem*, *Fredericum*, *Albertum*, *Bernhardum*, *Hojerum* *Decanum* *Argentinum*, *Georgium*, *Buffonem*, *Wilhelmum* filios, item filias *Margaretham* & *Sophiam* moniales & *Ursulam* Comitissam *Joannis* in *Sindol* uxorem. Ex istius fratribus unus *Burchardus* factus est conjugatus, qui

qui ducta uxore *Magdalena*, *Henrici Megelburgici* filia, genuit *Iustum* vel *Jodocum*, *Balthasarum*, *Hermannum*, *Joachimum*, *Casparum*, *Melchiorum* *Canonicum Argentinensem*, *Christophorum*, *Andream* statim in pueritia morientem, *Wolfgangum* & *Henricum*, & tres filias *Margaritum*, *Annam* & *Margaretham*, quæ moniales erant in *Bleifrode*: duo seniores fratres gubernacula ditionis quidem tenebant, interim unus *Wolfgangus* uxorem duxit *Gebhardi Mansfeldici Comitis* filiam *Agnezæ*, & ex ea genuit *Mariam* mox morientem, *Margaretham Volckmari Wolfgangi Comitis in Honstein/ conjugem*, *Gebhardum* cito morientem, *Magdalenam Joannis Ungnaden/ Baronis in Soneck/ uxorem*, *Wolfgangum* virum bellicosum & militarem, qui multis Regibus & Principibus strenue & cum gloria militavit (qui habuit conjugem *Anholdinam*, deinde *Mansfeldicam*) *Iustum* vix biennium excedentem, & *Albertum* gubernatorem patriæ cujus uxor fuit *Maria principissa Anholdina*, *Principis Joannis* filia, & ex ea genuit hæredes *Mariam* & ejus sororem, *Burhardum* militia & rebus militaribus exercitatum & magnis atque potentibus Heroibus gratum & vicarium vel locum tenentem Principum, ut *Electoris Augusti* & aliorum Saxonie Ducum in Thuringia, *Christophorum*, *Georgium*, *Agnezam* primam conjugem *Joachimi Ernesti Principis Anholdini*, *Guntherum*, *Carolum*, *Iustum*, *Joannem*, & *Christianam*.

BENTHEM Comitatus inter *Dioeceses Trajectensem & Monasteriensem* situs admodum antiquus. Ego istorum Comitum, prout illam rep eri & collegi magna diligentia, genealogiam subjiciam in honorem Generosissimi & Nobiliss. Comitis ac Domini Dn. **ARNOLDI**, Comitis in *Benthem/ Tecklenborg/ Domini in Bevelinckhove & Rheden/ & in gratiam ejus amitæ illustris & Inclytæ Heroinæ ac Dominae, Dn. Agnezæ, natæ Comitissæ in Benthem, Comitissæ Hoyensis & Broichausiana viduæ.*

WOLFGANGUS Comes in *Benthem* fuit in campo equestri *Magdeburgi* anno Domini 939. **OTTO** ibidem Comes fuit in campo equestri *Hallis* anno Dn. 1042. **JOANNES** ibidem Comes fuit in campo equestri *Gottinga*, anno Dn. 1119. cujus filius erat **OTTO** ibidem Comes, qui vixit anno Dn. 1144. ex quo natus est **OTTO** *Episcopus Monasteriensis & Henricus*, qui vixit anno 1226. & ex *Rittbergica* genuit **JOANNEM**, qui vixit circa annum Domini 1305. qui ex *Lippiaca* genuit **HENRICUM**, qui ex *Clivica* genuit unicam filiam, quæ *Everwino, Domino de Guters* *twick* elocata est, & cum conjugè consequitur totum Comitatum loco dotis, & huic

huic nati sunt filii BERNHARDUS & ARNOLDUS, *Bernhardi uxor* erat *Henrici Comitis in Solmes / & Domini in Ottenstein* unica filia ARNOLDUS mansit in Dominio *Guterswisch & ibidem* absque heredibus moritur: BERNHARDUS consequens in dotem multa bona pertinentia ad Dominium in *Ottenstein / cum Solmensi Domina*, genuit *Bernhardum & Arnoldum*; BERNHARDUS rursus ex *Tecklenburgica* genuit *Everwinum*, qui ducta *Deipholtica* Comitissa genuit *Bernhardum* maturius morientem, & *Mariam Arnoldi* Comitis *Stenforth* conjugem, & *Annam Ernesti* Comitis in *Honstein* uxorem: BERNHARDUS primi filiam, *Arnoldus & secundi Bernardi frater* duxit ultimi Comitis in *Stenforth* Dn. *Balduini* filiam, & fit Dominus in *Stenforth*, cujus filius EVERWINUS ducit alteram filiam *Henrici Domini in Gemme & Welmschhove* & cum ea consequitur loco dotis *Wewelmschhove* / & illa mortua absque heredibus ducit uxorem *Annam* Comitissam *Hoyen*, ex qua genuit *Arnoldum*, qui duxit *Mariam*, ut dixi, *Everwini* Comitis *Benthemensis* filiam, & cum ea loco dotis, tum quoque ratione propinquitatis & lineæ, *Comitatum Benthemensem* consequitur, sed ea mortua absque heredibus ducit secundo *Walpurgim de Brederoth* / ex qua genuit *Agnezam* primum *Joanni* Comiti *Ritbergico*, & *Domino in Eins & Wilmunde* / elocata, deinde *Ottoni* Comiti in *Hoya & Brouchhausen* / & filios *Everwinum & Arnoldum*, qui ducta uxore *Magdalena* Ducissa *Luneburgica* *Wilhelmi* Ducis sorore nullam reliquit prolem, EVERWINUS duxit *Annam* *Conradi* *Tecklenburgici* Comitis unicam filiam, & cum ea consequitur in dotem *Comitatum Tecklenburgicum & Dominium in Rhede* / ex qua genuit *Arnoldum & Wolpurgim* Comiti *Hermano de Wedde* elocata; ARNOLDUS vero duxit *Magdalenam* Comitis *Humperti de Neurenar & Limburg* / *Domini in Alpen & Lenep* filiam & *Adolphi* sororem, quæ ei peperit *WEIRICHUM & ADOLPHUM* filios & N.N. Christus benedicat ipsis & parentibus & liberis generatissimis.

BERGA Comitatus in vicinia urbium *Embrica & Resfia*, cujus hares & Dominus est *WILHELMUS* Comes *de Berga & Bisich* / cum multis liberis, ejectus aliquando per Ducem *Albanum*, sed est jam restitutus.

BLANCKENBORG est oppidum & castrum in *Harcinia* sylva, non procul ab urbe *Quedlinburgo* situm, fuit olim proprius Comitatus.

Albertus Crantzius meminit in Saxonia lib. 6. cap. 29. *Siffredi* Comitis in Blankenborg/qui vixit anno Dn. 1146. & anno Dn. 1180. fuit Anno Comes Blankenburgicus, *Episcopus Mindensis* teste eodem *Metropoli* libro 7. cap. 12. & scribit *Andreas Hoppenrodus* vixisse circa annum Dn. 1241. *Henricum* Comitem in Blankenborg / & habuisse filios *Henricum* & *Siffridum* viventes anno Domini 1261. quorum frater erat *Albertus*.

Crantzius meminit in *Metropoli* libro 8. cap. 34. *Hermani* Comitis in Blankenborg *Episcopi Halberstadenfis*, & cap. 48. ejusdem libri recodatur *Burchardi* Comitis Blankenburgici: *Hoppenrodus* scribit circa annum Domini 1329. vixisse *Conradum* & *Siffridum* Comites in Blankenborg; Hodie Comites de *Regenstein* scribunt se Dominos in Blankenborg & sine dubio hæc ditio ad eos pervenit per pacta dotalia. Est etiam ejusdem nominis *arx* (cui puto quoque adjacere oppidum) in Ducatu *Bergensi* vel *Montensi*, de qua multi hoc referunt, quod olim fuerit proprium Dominium.

BRUNCKHORST Comitatus situs inter *Diaecesin Monasteriensem* & *Comitatum Sutphanensem*, castrum ejus nominis habens vel trahens vocem ab elegantia vel splendore von *Pruncken*. Nonnulli volunt, quod hi Comites trahant originem ex regia Bohemorum Regum familia, *Trajecti* fuit ordine 45. *Episcopus Joannes* Comes de *Brunckhorst*. Hanc eorum reperi genealogiam: quam in honorem Illustris Herois & Domini **FREDERICI**, *Comitis in Deipholte & Brunckhorstani*, Domini in *Borchorst*/subjiciam. Anno Domini 1275. fuit *Episcopus Bremensis GISEBERTUS* Comes de *Brunckhorst*/cujus mater fuit *Cunegunda Aldenburgica*, Comitum *Christiani* ac *Otonis* fratrum soror, ut ostendimus in *Chronico* nostro *Altenburgensi Germanico*, & hujus *Episcopi* meminit *Albertus Crantzius* in *Metropoli* libro 8. cap. 35. & idem *Crantzius* ibidem cap. 49. meminit etiam fratris ejus **FLORENTII** *Comitis de Brunckhorst*/qui genuit **OTTONEM** ex *Domina de Erckel* & **OTTO** ex *Newenaria* *Comitissa* produxit *Hedewigin* & *Fredericum*, atque *Gisebertum*: ex **GISEBERTO** & *Egmundana* nati sunt *Fredericus*, *Walpurgis* *Comitissa* in *Lippia*, Domini *Simonis* uxor, ac *Hedewigis* conjunx *Otonis* *Comitis* in *Deipholt*: **FREDERICUS** ducta conjuge ex familia *Comitum Bergensium*, qui prope *Embricam* morantur, *Apollonia* genuit **JODOCUM**, qui ducta *Comitissa Hoyensi*, *Jodoci* *Comitis* sorore, *Maria* nullam prolem reliquit: & post ejus mortem tres de illo Comitatu, & de

de Dominio in Borchlo/ quod post mortem Gerhardi, Domini in Borchlo
 qui vixit anno Dn. 1385. per pacta dotalia pervenit ad Brunckhorstianos
 Comites, certarunt, primo Armegardis nata Comitissa de Deipholtz
 Abbatissa illustris collegii Assindensis, cujus avia erat Helwiga, Comitissa
 de Brunckhorst/ & ejus ex fratre Frederico nepos, RODOLPHUS Comes in Deip
 holte/ qui etiam sibi & hujus Comitatus & Domini in Borchlo titulum
 ac insignia usurpavit: deinde Theodorus à Brunckhorst/ Dominus in
 Anholt/ tertio Hermannus Georgius Comes in Limburg/ Dominus in
 Stirin & Weisch/ & posterior nempe Hermannus Georgius dicitur per
 Comitatum eum obtinere, quanquam hodie adhuc alii, præsertim Comes
 Deipholtianus de eo controversiam moverint & adhuc moveant.

BROICK proprium Dominium inter urbes, Assindiam & Duxbergum
 situm: anno Dn. 1361. fuit Assindia in illustri collegio Abbatissa AR-
 MEGARDIS, Domina de Broick/ & fuere ibi duæ Canonissæ circa
 annum Dn. 1396. nomine eodem Elizabethæ, & per pacta dotalia pervenit
 ad Comites de Falckenstein/ Dominos in Oberstein/ hoc Dominium. Hodie
 hoc Dominium obtinet WIRICUS de THUN, Comes in Falckenstein
 & Oberstein/ Dominus in Falckenborg & Broick/ cujus soror N. est elocata
 Domino in Hardenberge.

C. litera nihil habet.

D.

DELMENHORST, de hoc Comitatu diximus in Genealogia
 Comitum de Altenborg litera A, & quando in proprio libro ex-
 plicaturi sumus, quos Principatus, & Comitatus & quæ Domina
 Episcopi in Saxonia, Westphalia & Angrivaria transtulerint: tunc
 plura de hoc quoque referemus, & diximus de hoc prolixius in Chronica
 Aldenburgico.

DEIPHOLTIIUM, Comitatus Westphaliæ antiquus, inter diocesa
 Osnaburgensem & Mindensem & Comitatus Vechrensensem, Hoyensem &
 Delmenhorstanum: oppida ejus Comitatus sunt Deipholtum & Lewer-
 fordum. Dicitur quidam Comes Deipholtianus nomine Ludolphus con-
 jugem habuisse ex Regia stirpe Suecorum, & de eo varia recententur, &
 dicitur istius historia esse depicta in arce Lervenvorde: de qua renihil
 certi

certihabeo: Ego autem eam horum Comitum Genealogiam, quam in historiis, manuscriptis Chronicis, literis & antiquitatibus reperi, & bona fide observavi, & magno labore collegi, ascribam, in honorem illustris & generosissimi Domini D. FREDERICI, *Comitis in Deipholt & Brunckhorst, Domini in Borcholo, Domini mei gratiosi.* WILHELMUS, *Comes in Deipholt* fuit in campo equestri *Magdenburgi* anno Dni. 939. & hujus nepos vel filius fuit LUDOLPHUS vel LUPOLDUS (an ipse fuerit, cui fuit Suecica Regina conjunx, ignoro) qui vixit anno Domini 1011. item OTTHO, *Comes in Deipholt* fuit in campo equestri *Hallis Saxonum*, Item GEORGIUS ibidem *Comes* fuit *Gottinga* in campo equestri anno Domini 1119. cujus frater erat GODESCALCUS *Episcopus Osnaburgensis*, qui *Iburgi* in cœnobio eodem anno est sepultus, de quo hi extant versus:

Nobilium natus jacet hic *Deipholt* tumulatus,

Annis octo suæ præfuit Ecclesiæ.

Cui finis vitæ fuerat cum mense Decembri,

Hic *Godescalcus* erat, Christus ei faveat.

Ex GEORGIO nati sunt JOANNES *Comes*, qui fuit in campo equestri *Colonia* anno domini 1179. & *Godescalcus* *Canonicus Bremensis & Coloniensis*. Ex Joanne nati sunt Joannes, *Osnaburgensis* *Canonicus & Conradus*, cujus conjunx erat *Comitissa de Horstmar*, ex quibus nati sunt *Conradus* *Episcopus Mindensis*, qui Comitibus *Tecklenburgicis* ademit arcem *Reinenborch* & *Rodolphus*, qui duxit *Hoyensem Comitissam* & ex ea genuit *Rodolphum*, *Cunegundam* *Comitis Conradi de Altenborch* conjugem secundam, *Conradum* *præpositum Mindensem* & *Joannem* *Episcopum Mindensem*, qui uno tantum interveniente, successit patruo, & *Hilboldum* virum militarem & in bellicis rebus exercitatum. Ex RODOLPHO & *Jutta* *Comitis Joannis de Altenborch* filia, nati sunt *Conradus*, *Rodolphus* puer mortuus, *Godescalcus* *Canonicus Coloniensis*, *Heilwich* *ultimi* *Comitis Sternebergici* uxor, *Helmoldus* *Cantor* in *Ecclesia Bremensi*; *Conradus* ex *Armegarda de Waldech* genuit *Othonem* & *Rodolphum* *Canonicos Colonienses*, duas filias moniales in *Freden & Borchorst* atque *Conradum*, qui duas habuit conjuges primam *Gertrudem* de *Rirberge*, & alteram de *Rennenberge*, & occubuit cum multis aliis Heroibus in *Phrisia*: Ipsius filii erant *Joannes* & *Rodolphus* *Episcopus Trajectensis*, cui ille *Episcopatus* magno oneri fuit, & in senio postulabatur quoque ad *Osnaburgensem* *Ecclesiam*, cui mortuo scripsit *Epitaphium*

phium *Alexander Hegius*, *Daventriae Ludimagister & praeceptor Erasmi Roterodami*, *Hermannii Buschii & Joannis Murmellii*. JOANNES et Otthonis Hoyensis Comitis filia, cujus mater erat Ducissa Brunsvicensis & Luneburgensis, genuit *Joannem Episcopum Osnaburgensem*, & ex altera conjuge *Margareta filia Conradi Oldenburgici Comitis genuit Conradum* (qui tandem tribus Episcopis intervenientibus, est, licet & frater ejus antea, declaratus *Episcopus Osnaburgensis*, & numeratur inter Heroes Germaniae, Heros virtute excellens) *Othone & Annam*, filios Comitis in *Wunstorp* conjugem: Ex OTTHONE & ejus conjuge *Abdewiga Comitissa in Brunchhorst* nascuntur *Elizabeth Comitissa Hoyensis Joannis Herois bellicosi uxor & alia N. Spiegelbergico Comiti elocata*. CONRADUS moriens initio gubernationis in *Loevenrode* & RODOLPHUS, cujus erat conjunx *Bernhardi Comitis de Lippia Herois bellicosi filia Elizabeth*, quae ei peperit *Conradum & Joannem* Canonicos *Colonienses & Fredericum*, *Alheidam* Domino N. *Schencken de Zentborch* elocata, item N. filiam *Joanni Rasfeldio* Domino in *Moistenberg* in conjugem traditam, *Armegardam* primo in illustri collegio *Ascheldiensi Praepositam*, deinde *Abbatissam*, & *Annam*, *Abbatissam in Brunchhorst*. FREDERICUS duxit *Evam Udalrici Comitis Regensteyni filiam* in uxorem, & relicto unico filio *Rodolpho* moritur anglico sudore *Ascheldiae* anno D. 1529. ubi etiam est sepultus. RODOLPHUS ducta conjuge *Margaretha*, Comitis *Hoyensis Jodoci* filia & sorore *Alberti Wolfgangi*, *Othonis*, *Erici & Frederici*, genuit *Fredericum & Annam* filiam ac caelibem; FREDERICUS duxit & sibi elegit *conthoralem Anstasiam Joannis pii Comitis Waldechiani filiam* & ex ea prolem suscepit *famineam N. & filium* statim post partum matris accepto baptismo mortuum.

Fit horum Comitum antiquorum mentio apud *Albertum Crantzium* in *Metropoli* libro 7. cap. 42. & libro 11. cap. 1. 31. & 41. Sicut etiam alibi in *Saxonia* sua *Hoppenrodus* dicit & recitat ex veteri *Chronico Saxonum* duos Comites de *Deipholt* occubuisse in pugna commissa inter *Ducem Magnum Brunsvicensem & Albertum Megapolensem* anno Domini 1371. Et alibi legitur fuisse *Joannem Deipholticum* in *federe Westphalico*.

E.

EBERSTEIN fuit olim vetustissimus Comitatus, inter Ducatum *Brunsvicensem*, *Hassiam* & *Paderbornensem* dioecesium, & Comitatum

Pymontanum, ejus nominis *arx* (cujus adhuc reliquiae videntur) fuit in vicinia *caenobii Amelungesborn* ad duo milliaria ab urbe *Eimbeka*, & fuere ibi muri ex lapideo monte artificiose sculpti, & in fossarum morem excavati montes, & *praefectura castr*i hujus jam subest *castro Forst* / quod dum viveret possedit Nobilis ac magnanimus vir & Capitaneus *Georgius ab Holle*, & ad praedium *Uldershen* est aliqua pars eorum bonorum, quae praefecturae arcis *Eberstein* suberant, translata. Subfuere huic Comitatu oppida, *Brasel* / *Holzmina*, *Doel* / *Ottenstein* / *Hamelonia* & *Bomwerder* ad dimidiam partem : item *castra & praefectura*, *Forst* / *Fürstenberg* / *Ottenstein* (quod castrum occupat integerrimus & strenuus Capitaneus *Adrianus a Steinberg*) *Ohsen* / *Groin* / *Urßen*. Hanc invenio & reperi genealogiam istorum Comitum, quorum veri successores & haeredes dicuntur modo in *Pomerania* in *Nouwegarden* sedes habere : *CONRADUS* (cujus parentes & majores *Albertus Crantius* libro 5. cap. 29. *Saxoniae*, & *Helmoldus* libro 1. cap. 43. tanquam celebres Heroes recensent, vixit anno Domini 1106. & postea *OTTHO* superstes fuit anno Domini 1141. deinde post illum *ALBERTUS*, qui vixit anno Domini 1212. qui stetit à sui Domini *Othonis quarti Caesaris* (filii *Henrici Leonis*) partibus, & propterea oppignoravit *Henrico Comiti de Pirmont* arcem *Otthenstein* / quam istius posterii & haeredes retinere usque ad annum Domini 1533. & ibi in initio arcis vidi lapidi insculptum Insigne Comitatus *Pirmontani*. Idem Comes *ALBERTUS* eodem tempore oppignoravit arcem *Ohsen* *Frederico Comiti Spiegelbergico*, cujus posterii hoc castrum obtinere ad ducentos annos usque ad annum 1538. quo anno hoc castrum invasit *Ericus*, *Dux Brunsvicensis*, hujus *Erici Principis* pater, sicut antea ad se transtulit *Henricus*, *Dux Brunsvicensis* Principis *Julii* pater arcem *Otthenstein*; Idem Comes *ALBERTUS* ab *Eberstein* vendidit dimidiam partem arcis *Hinnenbergica Nobilibus de Asserborch*; & quicquid nummorum, pro oppignoratis arcibus accepit, totum hoc *Othoni Casari* ejus nominis quarto, ut istius beneficiarius ratione *Ducatus Brunsvicensis* impendit: interea dum *OTTHO* *Cesar* moreretur, & Comes *ALBERTUS* in recompensationem suorum expensorum perciperet nihil, erat *Ducibus Brunsvicensibus* infensus, hinc factum est, ut ejus filius *THEODORUS* se conjugeret *Moguntino Praesuli & Nobilibus de Asserborch* / contra *ALBERTUM*, *Ducem Brunsvicensem*, dictum cognomine *Magnum*, qui impetrata contra hostes *Victoria*, cepit *Comitem THEODORUM* & statim ad arborem suspendi

curavit, quia tanquam vassallum infidum eum punivit. Hujus filius erat HENRICUS, qui vixit anno Domini 1295. & ipsius gnatus erat HERMANNUS, qui vixit anno Domini 1321. atque hujus filius erat OTTHO ejusque frater FREDERICUS, ex quo rursus natus est HERMANNUS, qui cum *Comitibus de Lippia* iniit fœdus: & ex hoc Hermanno natus est OTTHO (quem alii Hermannum vocant) qui *Henricum, Dominum in Homborch in templo cœnobii Amelsbornensis interemit*, ita iste Comiti- tur ex suo Comitatu per *Wilhelmum seniore* Ducem *Brunsvicorum*, & *Godescoo* qui totum Comitatum tanquam suum feudum in quo indignum tam immanem illum homicidam habuit & censurâ, ut pote tantum in templo flagitium committentem, in tam Heroicam personam: Ita is Comes dicitur deflexisse ad *Pomeraniam*, & ibi emisit *Dominium in Neuwegarten* ex quo adhuc ordine nati sunt heredes, ex quibus adhuc WOLFGANGUS existit, qui duxit *Annam, Comitissam raram de Lippia*. Dux *Julius* hodie possidet ex hoc Comitatu, *Hirsborn* / *Otthenstein* / *Uldersfen* & *Holtz-mundam*; Dux *Ericus* possidet hodie arces & oppida hujus Comitatus, *Poel* / *Urzen* / *Groin* / *Döhsen* / *Hamel-niam*, *Bomwerder* / *Poel*. Dum vero *Wilhelmus Dux* ita ad se totum Comitatum reciperet, mox *Paderbornensis Præsul* oppida *Leudam* & *Bröfel* ad se transtulit atque arcem *Hinnenborch* / tanquam suum feudum invasit: Interim dicitur *Abbarissa in Herse* aliquid juris in arcem *Hinnenborch* & oppidum *Bräfel* antiquitus habuisse.

ESENS, *Dominium in Phrisia Orientali*, quod olim dictum est terra *Harlinga*. Nam sic legitur in templo civitatis *Esensis*: anno Domini 1473. ipso die *Wilhaldi* Episcopi, obiit honorabilis & strenuus miles Dominus *de Dorumb* / Dominus *terra Harlingia*. Iste vero Dominus terræ *Harlingiæ* possessionem istius Domini consecutus erat per partem dotalia, cum conjugē *UNNA*, unica hærede castrorum *Esens* & *Stedesdorff* / & istius Nobilis fœminæ avus erat, Nobilis *Wipter* & *Unna*, ex quibus unica filia *Folque* nascitur, quæ *HERONI*, Domino *Stedesdorff* marito suo genuit unicam filiam *Unnam* D. *Sibonis* conjugem, Domini *Sibonis* mater erat *Uldarici* primi *Comitis Orientalis Phrisiæ* soror: Ex *Sibone* & *Unna* nati sunt, *Hero Dimmesen* & filia dicta *Francia*. *HERO DMMEREN* duxit anno Domini 1491. conjugem Dominam *Armegardam* Comitissam, *Comitis Oldenburgici Gerbarði* filiam & sororem *Comitum Adolphi, Otthonis & Joannis*, & ex ea nati sunt ipsi Nobilia

bilis Dominus *Balthasar*, qui res magnas contra *Bremenses* gessit, *Anna*, *Albeida*, *Jaspar*, *Foannes* & *Sibo*, ex omnibus his maturius mortui sunt quatuor liberi, & superstites manserunt *Balthasar* & *Anna*, elocata Comiti *Ritbergico Otthoni*. Cum Domino *Balthasaro* inferret bellum *Enno*, Comes Orientalis *Phrisia*, & ad extrema ipsum redigeret, subjecit se *Duci Geldria Carolo*, qui ejectum *Balthasarum* restituit in *Domini* in *Esens*: tandem cum gloriose cum *Bremensibus* navale bellum gessisset, nondum uxoratus moritur, anno Domini 1540. & tunc hæc *Domina Esens* & *Witmundæ* cesserunt sorori *Dominae ANNÆ* & ejus marito Comiti *OTTHONI de RITBERG*, ex *Anna* conjugæ nati sunt *Foannes*, *Simon* & *Armegarda*, qui duo posteriores maturius moriuntur. *JOANNES* Comes *Ritbergicus* & Dominus in *Esens* & *Witmundæ* duxit *Agnezam* Comitissam *Benthemensem*, *Everwini* filiam, & sororem *Everwini* & *Arnoldi* Comitum, & ex ea genuit *Armegardam* & *Walpurgim* sorores; pater *Foannes* gessit bellum in *Comitem Lippiensem* & præfulem *Paderbornensem*, sed cinctus in arce *Ritbergica*, tandem captus est & detinetur ab ordinis *Westphalici* proceribus, postremo moritur *Colonia*. Mater *Domina Agneza* elocatur *D. Otthoni*, & filia *Domina Armegarda* *Otthonis* fratri *D. Erico* Comitibus in *Hoya* & *Broichausen* / & per illud conjugium factus est *Ericus* possessor *Domini* in *Esens* / sed illo rursus mortuo anno Domini 1575. elocatur secunda vice *Armegarda Simoni* Comiti *Lippiensi*, & in *Ritberg*, Domino in *Esens* / *Stedesdorff* & *Witmundæ*. Altera soror *Domina Wolpurgis* est conjunx *Ennonis III.* Comitis Orientalis *Phrisia*, quæ nunc habet sedes in arce *Esens* & *Witmundæ* / cum Nobilissimo marito Domino *ENNONE*, Comite *Phrisia* & in *Ritbergh* / Domino in *Esens* / *Stedesdorff* & *Witmundæ*.

Hanc genealogiam humiliter scripsi in honorem *Illustrium* & *Inclitorum* Comitum *Domini Simonis de Lippia*, & *Domini Ennonis* Orientalis *Phrisia* & generosissimarum matronarum ac sororum *Dnæ. Armegardæ* & *D. Walpurgis*.

G.

GEMME, *Dominium* in *Diacesi Monasteriensi*, cujus castrum cum oppido ejusdem nominis est vicinum urbi *Borken*. Scribam autem in honorem *Illustrium* Comitum *Schowenburgicorum Dn. Antonii*, *Decani* *Metropolitani Colonienfis*, & *Præpositi Hildesimensis*,

Bbb 2

Dn.

Dn. *Adolphi* Comitis, & Dn. *Ernesti* Comitis, quæ de his Dominis reperi.

JOANNES Dominus in *Gemme* & *Bredeworth* erat animosus Hero, hic duxit filiam *Wilhelmi*, Domini in *Wewelincshove* / *Marescalci* hereditarii Electoratus Colonienfis, in uxorem, & genuit HENRICUM, qui ex Comitissa *Brunckhorstiana* duas filias habuit, quarum unam elocavit *Benthemensi* Comiti *Everwino*, & ei assignavit in dotem Dominium *Wewelincshove* / quod est Dominium situm prope urbem *Nordisum*, ultra *Rhenum*, & alteram nomine *Cardam* despondit *Schwenburgico* Comiti *Joanni*, & ei in dotem Dominium *Gemme* assignavit, cuius titulum & Dominium adhuc Comites *Schwenburgici* obtinent, horum juniorum Comitum patruus Dn. JODOCUS, Comes *Schwenburgicus* cum hæredibus suis filiis & filiabus ex Domina de *Bredeworth* natis possidet *Gemme* Dominium.

H.

De *Hoyensi* Comitatu alibi dicendum erit.

HONSTEIN antiquus & celebris *inferioris Saxonie* Comitatus quem tamen alii ad *Thuringiam* referunt, situs est ad *Harciniam Sylvam* & eam partem Ducatus *Brunsvicensis* de *Grubenhagen* quæ vocatur *Eickesfeldia*, quam sibi oppignoratam (alii dicunt directam) præsul *Moguntinus* habet. *Albertus Crantzius* horum Comitum meminit in *Saxonia* lib. 9. cap. 34. lib. 11. cap. 28. & in *Metropoli* libro 10. cap. 38. Ego in gratiam illustris Comitis & magnæ spæ juvenis & Herois inclyti, atque Nobilissimi Domini ERNESTI, Comitis in *Honstein* / Domini in *Klettinge* hanc suorum Inclytorum Majorum genealogiam ex *Andrea Hoppenrodii* libro dicto *Stammbuch* / paucis additis, recitabo ordine, sed latinè factam.

HONSTEIN castrum, exstructum est à *Conrado* anno Domini 1080. & hic fuit cognatus *Lodovici Barbat* Domini *Thuringie* : illius fuere posteri *Ludovicus*, Dominus in *Lora*, qui in militia anno Domini 1126. periit, & *Adelgerus*, Comes in *Bilstein* / cujus uxor erat *Berrada* (quam *Gertrudim Kirchberch* nominant) quæ ei peperit *Algerum* II. cui conthoralis fuit *Luttrudi* Comitissa in *Orlemunde* / & hic erat præcipuus Comes in *Honstein* / qui vixit anno 1190. Istius filius ADELGERUS III. qui genuit ex *Uda Burchgravia Magdeburgensi*, HENRICUM I. & Theodericum

aorum I. ejus nominis, Comites in Honstein. Ex HENRICO primo & Eberstena Comitissa ejus uxore, nascitur Adelgerus IV. qui factus est Monachus Isenacensis, vivens anno 1236. & quaedam filia nobilis Domina vel Abbatissa in Xore / quod est cœnobium Francorum. Ex THEODORO, Comite primo ejus nominis & Helwiga, nata Comitissa in Urten (quod Dominium ad miliare à Visurgi & urbe Hamelonia versus Westphaliam situm, per pacta ut opinor dotalia pervenit ad Eberstenios Comites, & tandem ad Duces Brunsvicenses) genitus est HENRICUS II. cujus conthoralis erat Mechtilda, Comitissa Regensieniana, ex qua ei nascuntur liberi, Henricus III. (qui ducta Anna Comitissa Ravensburgica, genuit Theodorum III. cui ex uxore nata Comitissa Waldechiana nulla nascitur proles) Lutgarda Comitissae in Barbey / Alberti conjunx, Adelgerus V. & Ulricus Canonici religiosi, & THEODORUS IV. qui ducta Sophia Principissa de Anholt genuit liberos, Orthonem Episcopum Mersburgensem, & Henricum quartum & Theodorum V. qui inter se dividebant Comitatum: Ideo Theodori genealogiam primo, deinde & Henrici quarti stemma ac lineam persequemur. Hujus THEODORI IV. uxor erat Armegarda Comitissa de Rössenbord / & hos reliquit filios, Deithericum vel Theodorum V. Bernhardum, Ernestum Episcopum Halberstadsensem, Ulricum II. & Henricum V. THEODORUS V. habuit duas conjuges, unam Alheidam, Comitissam in Holfstein / & alteram Sophiam Ducissam in Brunsvick / & ex ea genuit, Henricum VI. cui adempta est arx Honstein anno 1423. HENRICUS VI. ex Comitissa Weirenbergica genuit JOANNEM, qui ex Anna, Principis Anholdini Georgii filia habuit liberos, Bernhardum & Wolfgangum, carentes hæredibus, & Annam Comitissam in Ulrici de Regensien conjugem. ULRICUS II. Theodori IV. filius & Theodori V. frater, ex Agneza, Ducissa Brunsvicensi, genuit Theodorum VI. morientem carcere: ita ea linea finita, tendo ad genealogiam HENRICI IV. qui ex Comitissa Waldechiana genuit Guntherum & Henricum VII. dictum calvum, cujus Comitissa erat Mechtilda, nata Comitissa de Orlemunda (qui Comitatus aliquando extitit in Thuringia) & ejus filii erant, Adelgerus VII. (vel Eligerus) præpositus Northausianus, HENRICUS VII. qui ducta Orthonis Ducis Brunsvicensis filia Agneza, genuit Ernestum II. & Henricum VIII. dictum arrogantem, qui cum fratre ab Erico, Duce Brunsvicensi in pugna interemptus est. ERNESTUS II. duxerat in Conthoralem Annam, Comitissam in Stolberch / ipsius erant liberi,

Henricus IX. Adelgerus VIII. & Ernestus III. atque filia *Margaretha Gu*
theri Comitis *Mansfeldici* conjunx: fratres autem *Henricus & Ernestus*
 dividunt Comitatum, ERNESTUS III. duxit ultimi Comitis *Altenbur-*
gici in Thuringia sororem, ex quo genuit JOANNEM, qui ducta *Catha-*
rina Comitissa *de Gleichen* habuit *Adelgerum IX.* vel *Eligerum* sine hæ-
 rede mortuum. HENRICUS IX. Ernesti III. frater & Ernesti II. ex
Anna Stolbergica filius, duxit Comitissam *Waldechianam* & reliquit post
 se liberos *Agnizam*, Comitis *Aldenburgici* ad *Vifurgim Christiani* con-
 thoralem, matrem *Deitherici* fortunati, & ERNESTUM IV. cui duo
 fuere conjuges, prima *Margaretha*, Comitissa in *Gera*, & altera filia
 Comitissa in *Belchelen*. Ex ERNESTO IV. descendunt *Anna* Alen-
 Comitis *Mansfeldici* uxor, *Henricus X. Ernestus V. Wilhelmus* Episco-
 pus *Argentinus*, *Joannes & Adelgerus* Canonici *Colonienfes & N.* filii
Ludolpho Comiti de *Bunstorff* elocata: HENRICUS X. ex *Susanna*
Domina de Bickenbach / genuit *Franciscum* sine hærede morientem.
 ERNESTUS V. duxit uxorem *Annam*, natam Comitissam in *Benber-*
ex qua ei nati sunt *Christoferus*, *Volckmarus Wolffgangus*, *Wilhelmus*, *E-*
berlinus, *Ernestus VI. Catharina*, *Jacobi* Comitis in *Bitfch* conjunx, &
 postea Comitis in *Geroltzef* uxor, *Margaretha & Martha*, Canonice
 in illustribus collegiis *Assindiano & Fredeno*. ERNESTUS VI. duxit
 in conthoralem Comitissam *Schwartzburgicam Catharinam*, hic non
 habuit hæredes masculos. VOLCKMARIUS WOLFGANGUS,
 Comes admodum pius & bonus, qui ex *Margaretha* Comitissa *Barbieris*
 genuit ERNESTUM adhuc superstitem, atque *MARIAM* elocatum
Lodovico Comiti de *Isenberch* / & ea mortua secundam duxit conjugem
Magdalenam de Regenstein Comitissam, cujus filii sunt mortui.

I.

ISENBORCH, hunc proprium Comitatum fuisse in *Westphalia*, scri-
 bit *Albertus Crantius* in *Metropoli* libro 7. cap. 43. *Livoldus Niro-*
hovius Canonicus *Leodiensis* in *Chronico Comitum de Marcka*, pu-
 tat *Isenborgicos* Comites descendere ex Comitibus *de Marcka*, ideo puto re-
 etè dixisse *Chronicon Saxonicum* vetus, quod *Fredericus* Comes *de Alena-*
 (sic enim antea vocabantur isti Comites *de Marcka*) occiderit *Colo-*
nienfem Præsulem Engelbertum. Ego vero cum ex *Crantio*, *Chronico Co-*
lonienfi & Osnaaburgensi, tum vero ex multis aliis antiquitatibus & mo-
 numentis referam historica, quæ observavi. *Hodie prope urbem Hattin-*
 gam

gam in Comitatu de Marcka visuntur in alio monte structura lapidea admodum egregia arcis Isenburgica, & indicat accessus, qui fuit admodum artificiosus & unicus, arcem eam ex lapideo monte, multis modis excisam & extructam pulchre fuisse, cui arci & praefecturae tunc temporis & urbs *Hattunga* & vicina praefectura *Blancenstein* / subfuere: deinde fuit adhuc alterum castrum hujus Comitatus quoque dictum *Isenborch* / ad *Ruderam* flumen, prope coenobium *Kellinckhausen* / in Dominio Generosa & Reverenda Domina Abbatisse, *Assindiensis*, cujus ibi adhuc extant reliquiae, & Comites tunc in *Isenborch* ut *Advocati Illustris collegii Assindiensis* ratione Advocaturae possederunt eam arcem, & Satrapiam in *der Boldsdenig*: quando vero *Fredericus Comes Isenburgicus* damnum isti Ecclesiae inferret, quam potius ratione officii, ut *Advocatus* debuisset tueri, tunc per *Nobiles Moniales*, defertur ad *Papam Honorium*, qui committit negotium inquirendum *Episcopo Coloniensi Engelberto de Monte*, cujus ex fratre *Nepos hic Fredericus* dicitur esse in catalogo *Coloniensium Praesulum*: Cum vero *Fredericus* videret, *Episcopum* decrevisse comescere conatum ipsius, insidiatur ejus vitae: sic dum *praesul* abiturus in patriam ditionem, ut in *Stuelme* consecraret Ecclesiam, & esset in itinere, intercipitur a *Comite Frederico*, & triginta vulneribus *Praesulis* corpori inflictis, misere interimitur: tandem ex metu fugiens rebus pretiosis abductis, alio se conferre voluit, sed retractus ex fuga, rota punitur *Colonia*; Tunc *heredes* ejus ejiciebantur, & utraque arx destruebatur, & Comitatus istius partem *Comes MARCKENSIS*, & aliquam partem *MONTENSIS* invasit: item *SATRAPIA* in *Boldsdenig* per *ABBATISSAM ASSINDIENSEM*, & ejus illustre collegium & *Nobiles Moniales* in *Kellinckhausen* / confertur *Generoso COMITI TREMONIENSI*, qui illud Jus & eam advocaturam in unius filiae sua maritum *Nobilem de Stecken* socerum, per pacta dotalia transtulit, & ipsius filii duo *Nobiles*, facta divisione, sic transegerunt, ut *Goswinus* esset *Tremonie Comes*, & frater ejus *Joannes* obtineret *Dominium Meyrich* / prope *Dusberch* civitatem, atque *Satrapiam* in *Boldsdenig*. Propter facinus *Frederici* Comitis venerunt etiam in periculum patris ejus, *Theodorus Episcopus Monasteriensis*, & *Bruno praesul Osnaburgensis*, & ejus affinis sororius, *Comes Schwallenburgicus*. *Petrus Dresserus Cratopolius* in catalogo *Coloniensium Praesulum* ait, istos duos Praesules ei *Frederico* fratres fuisse. Illa omnia videntur acta circa annum Domini 1227. Est hodie *Comitatus Isenburgicus* unus inter eos qui dicuntur *die Westerwoldeischen Graffen* / & dicitur ex ejus Comitatus familia unicus nuper *Heros* & haeres superfuisse *SALATINUS*, quondam

Colonionſis Elector, & adminiſtrator Paderbornenſis, & ſunt qui putant eos
 Comites ex iſto *Frederico* originem ducere. Nam ſic ſcribit *Leoldardus*
de Northoff in *Chronico Comitum de Marcka*, quod iſte *Fredericus* reli-
 querit maſculum hæredem. Alii dicunt *Comites de Budingen* qui ſe ſcri-
 bunt de *Iſenborch* ex eo descendere. Interim ſunt *Comites de Weidda*,
 ut *Joannes & Hermannus* pater & filius modo, qui ſe ſcribunt *Comites*
in Weidda & Dominos in Iſenborch. Verum ego Comitum in *Budinge*
gen de Iſenborch aliquam brevem recitabo genealogiam. Hi *Comites*
in Budingen de Iſenborch reſident in vicinia Comitatus *Ronigretum* non
 admodum procul à celebri Emporio & urbe Imperiali *Francofurti*. Sic
 autem iſti Heroes ſe ſcribunt, *Joannes de Iſenborch* Comes in *Budingen*
 & *Antonius* ejus frater, de *Iſenborch* Comes in *Budingen*: Ex præſe-
 cto *JOANNE & Anna* Comitiffa *Schwartzburgica* nati ſunt, *Reinardus*
Antonius interfectus, *Lodovicus Ottho* in pugna *Sieverſhaufiana* anno D.
 1553. occumbens, atque *Philippus*, & *Amelia Philippi Naſſovii* conjun-
 REINARDUS habuit duas uxores, primam *Elizabetham*, Comitiffam
 de *Walbech* peperit *Margaretham*, *Balthaſari* Comiti *Naſſoviano* eloca-
 tam, alteram habuit conthoralem cujuſdem Comitiffa *Mansfeldici* filiam.
 LODOVICUS duxit Comitiffam *Schwartzburgicam Annam Sybillam*,
Guntheri filiam & bellicoſi *Guntheri*, *Joannis Guntheri Wilhelmi* &
Alberti ſororem, quæ ei peperit filium *Joannem* mortuum, & filias *An-*
nam, *Catharinam* & *Sybillam*, & ei ſecunda uxor eſt Comitiffa *Houſſen-*
na Maria. PHILIPPUS Reinardi & *Lodovici* frater, duxit Comitiffam
 in *Solms Philippi*, filiam *Irmegardam*, quæ ei peperit *Wolfgangum Erne-*
ſtum, *Annam*, *Agnezam*, *Erichiam*, *Mariam*, *Elizabetham* & *Sybillam Ju-*
lianam. Ex ANTONIO Comite Joannis fratre, & iſtius Antonii con-
 juge *Amelia* Burchgravia de *Reineck*, nati ſunt hi liberi, N. filia *Ring-*
vio cuidam elocata, *Elizabetha* ſenioris *Guntheri* Comitiffa *Schwartz-*
burgici conjunx, & *Guntheri* bellicoſi, *Joannis Guntheri*, *Wilhelmi* &
Alberti mater, *Lodovica* cælebs in *Marienbrunn* atque ANTONIUS
 qui ex Comitiffa de *Weidda Anna*, genuit *Georgium* (cujus conjunx eſt
Barbara Comitiffa de *Bertheim*) *Mariam Elizabetham* maturius mor-
 tuas, *Wolfgangum* (cujus erat conjunx *Joannita* Comitiffa de *Hans-*
 qua repudiata certis de cauſis *Ursulam* Comitiffam de *Solms* duxit)
Sybillam Sigismundi Burchgravii in *Rirchberch* conjugem, *Catharinam* Co-
 mitiffam in *Solms* / *Wilhelmi* uxorem, *Annam* Domini de *Wolpeltſtein*
 conthoralem, *Ameliam* mortuam & *Henricum* cujuſ conjunx *Maria*
 ex familia Heroum de *Neupoltſtein* oriunda.

Fuit Comes quidam *Isenburgicus* nomine *Deitherirus* 52. *Episcopus Moguntinus*: item in *Treverensi* sede, fuere quoque ex *Isenborgica* familia nati *Episcopi*, ut *Arnoldus Isenborgicus* *Episcopus* 89. & nostro tempore, *Joannes* Comes ab *Zsenborch* numero 104. & novi olim *Colonia* in summo templo *Scholasticum* nomine *Gerlacum* *Comitem* ab *Zsenborch*.

JHEVER est proprium in *Orientali Phrisia* *Dominium*, sub quo hodie comprehenduntur *Rustringi*, *Ostringri* & *Wangerlandi*, & tota illa ditio, cum istis populis paruerunt antiquitus *Comitibus Oldenburgicis*, sed quando vis maris eriperet eis arcem & munitionem *Mellum*, tunc *Phrisii* isti plane defecerunt, ideo semper isti celebres & gloriosi *Comites de Oldenborch* repetierunt suum jus antiquum, & verum ac hæreditarium *Dominium* super ditionem *Jheverensem*, & in *Rustringos*, *Ostringos* & *Wagrios* vel *Wangerlandos* expeditionem fecerunt, & multa bella *Phrisiis* istis intulerunt: ideo legitur in manuscripto *Chronico Jheverensi*, quod anno Domini 1350. elegerint *Edonem Wimmeken* in *Capitaneum Rustringi* in eum finem, ut eo *Duce* & *ductore* possent tanto feliciter contra *Oldenburgicos* *Comites*, continuare bellum: Hinc à *Domino* & *patre Domini* nostri *Jesu Christi* mirabiliter dispensatum & provisum est, ut in legitimam, realem & veram omnium istorum *Dominiorum* possessionem venerit, meus *Clementissimus Dominus*, *Dominus Illustris* & *Inclytus Comes Oldenburgensis* & *Delmenhorstani*, ex libera vocatione ad talia *Dominia* occupanda *Nobilis Dominae Mariae* suæ propinquæ, tanquam verus ejus *Hæres* constitutus ab ea, per *Testamentum* & liberam resignationem. Interim in honorem prædicti mei gratiosi *Comitis* ac *Domini Clementissimi*, *Domini JOANNIS*, *Comitis Oldenburgici* & *Delmenhorstani*, *Domini in Jhever/Rustringe*, *Ostringe* ac *Wangerlande*, hanc genealogiam *Dominorum* in *Jhever* subjiciam. **SIBOTH PAPINGA** *Capitaneus* (*Hoventlinck*) in *Hoven* genuit **EDONEM Wimmeken** in *der Bant*, quem elegerunt *Rustringii* primò, deinde *Ostringri* & tandem *Wangerlandi* in primum suum *Dominum* & *Capitaneum*, itaque ut posset hostibus commodius occurrere, & præsertim hæreditariis hostibus, *Comitibus Oldenburgicis*, ædificavit arcem ac castrum *Jhever*, & arcem *Fredeborch*, quæ ipsius postea hæredibus est adempta, per *Ezardum* primum, *Comitem* secundum numero, *Orientalis Phrisia*, quanquam variæ propter eam concertationes inter *Phrisios* extiterint: Hic **EDO** reliquit unicum filium

Ccc

nomin-

nomine FROWAM, quæ Anno Domini 1393. elocatur *Luboni Sibeni Capitaneo in Butjada*, & is genuit HAJONEM HARLES, Dominum in *Jhever* & Capitaneum *Rustringorum, Ostringorum & Wangerorum*, ac que filiam *Rivoldam* elocatam.

Ex *Hajone* illo natus est THANNO, pater EDONIS *Wunnefren* ejus nominis secundi Domini in *Jhever*, Capitanei *Rustringæ & Wangerlandiæ*, qui duxit anno Domini 1498. *Helwigam* Comitis de *Oldenborch Gerhardi* filiam & Comitem junioris *Gerhardi, Deitherci, Adolphi Otthonis, Joannis atque Christiani* sororem, & ex his conjugibus nati sunt hi liberi, *Christoferus* maturius moriens & tres filie virgines ut *Anna, Maria & Dorothea*: mortuo fratre *Christofero* succiuntur filie, per *Ennonem II. Orientalis Phrisiæ* Comitem, & tandem in paterna arce & hereditate, quasi captivæ habentur, sed eas liberale dicitur *Boingus Capitaneus in Oldershem & Gudensen* tandem demortuis etiam fororibus duabus *Anna & Dorothea*, una superstes *Maria* mansit, quæ ita ad angustias redacta, se subjecit *Domui Burgundicæ*, & sic fecit ex suo Dominio feudum: Interim in suo Dominio per annos 40. patriam gubernavit & ditiones pacifice possedit. Tandem lenio confecta, pleno consensu (quod jam dudum per multos annos meditata erat, videlicet ut ad veteres istius territorii Dominos *Comites Oldenburgicos* gubernationem & possessionem totius suæ regionis transferre posset) anno 1573. constituit & evulgavit publice & palam, tanquam verum suum heredem, Comitem prædictum, *Illustrem & In-clytum* meum Dn. Comitem *Oldenburgicum & Delmenhorstianum* Dn. JOANNEM, cui Domina *Maria* adhuc viva & volens, ipsum Dominum meum *Clementem* vivum, personaliter ac plenarie in possessionem suarum Regionum tanquam constitutum ab illa verum & certum heredem immisit, & omnes subditos ipsi juramentum præstare voluit, quod etiam factum est. *Maria* primò in suis ditionibus curare *Evangelium de Christo* plantari: tandem ita immissus meus Heros post mortem *Maria*, quæ in celebri à se artificiosè condito monumento sepelitur, anno Dn. 1575. plane in totum occupat illam ditionem ut verus & legitimus Dominus.

L.

LENEP proprium Dominium in Ducatu *Bergensi*, diversum ab oppido *Lenep*. Hoc Dominium est situm non procul ab urbe *Natingen*.

fuit aliquando Abbatissa in illustri collegio *Affindiensi Cunegundis* (anno Domini 1396.) nata *Domina de Lenep* tandem *Comites de Newenar* per pacta dotalia ad illud Dominium pervenere, ideo modo *Adolphus Humperti* Comititis filius, *Comes in Newenar* per pacta dotalia ad illud Dominium pervenere. Ideo modo *ADOLPHUS Humperti* Comititis filius, *Comes in Newenar ac Limpurch* & *Dominus in Alpe* se quoque scribit Dominum in *Lenep* illudque possidet.

LIMPURCH Comitatus in medio Comitatus amplissimi de *Marcke*, situs in vicinia urbis *Iserlonii*, ad *Surlandiam*, circa partem *Diececesis Colonienfis*. Nonnulli historici vocant hoc Dominium cum adjuncto oppido *Nienlimpurch* / & de hoc Comitatu à nobis longè diversa scribit & refert *Levoldus à Northoff* / in *Chronico Comitum Marckensium*, & *Petrus Mersaus Cratopolius* in catalogo *Episcoporum Colonienfis* dicit, eum *Fredericum* Comitem, qui *Coloniensem Præsulem Engelbertum de Monte*, occidit, dictum fuisse de *Zfenborch* vel alias de *Limpurch*. Interim quæ ego in *Colonienfi Chronico antiquo* & alibi observavi, de Comitatu referam in honorem *Inclutorum & Illustrium Comitum*, *Dn. ADOLPHI*, Comititis in *Newenar Limpurch & Morse* / Domini iu *Wedbar Alpe & Eingen* / atque ipsius affinis *Dn. ARNOLDI*, Comititis *Benthemensis, Tecklenburgici & Steinvordienfis*, & Domini in *Bevelinckshove Eingen atque Rheden* / Dominorum meorum *Clementissimorum*. Dixi *Nobilissimum* Comitem *ADOLPHUM NEUWENARIUM*, hoc castrum & oppidum possidere; Retinent etiam de hoc Comitatu titulum, ut & pater *Hermannus, Georgius*, Comes jam in *Brunckhorst* / Dominus in *Stirmb* / sic & ipsius hæredes & filii. Anno Domini 1436. fuere *Canonisse* in illustri vestalium *Nobilium collegio Affindiensi*, duæ *Arme-gar-da* amita & neptis, & rursus *Margareta* Comitissa in *Limpurch* / cujus frater fuit *Eberhardus* Comes ibidem, *Consiliarius Ducis Bergensis & Juliacensis Wilhelmi*, genuit ex *Anna* Domina de *Broick Wilhelmo*, & tres filias quæ vixere cum fratre, anno 1450. *Wilhelmus* ex Domina de *Betbar* genuit duos filios *Eberhardum & Wilhelmo* & se scribebat *Dominum & Comitem in Limpurch* / Dominum in *Betbar & Broick* (Nam ut pater ejus factus erat hæres per dotem Domini in *Broick* / sic ille per matrimonium consequutus erat in dotem Dominium *Betbar*. Isti duo fratres *Eberhardus & Wilhelmus* militabant tunc temporis *Duci Clivenfi*, qui etiam erat *Comes Marckensis*, contra *Geldros* pugnanti, & in

pugna occumbant, circa annum 1468. Ideo senex *Wilhelmus* incerto re afficitur propter amissus filios, & tandem se recolligens tribus filiis suis dividit sua Dominia: Sic Dominis & Comitibus, ut opinor, *Newenar* duas elocat filias sorores, & prima Comitatum in *Limporch* tradit in dotem, alteri tradit in dotem *Bethbar* & istius maritus erat *Wilhelmus* Comes in *Newenar* pater *Wilhelmi* prudentissimi Comitis & Consilarii *Caroli V.* Cæsaris atque doctissimi historici *Hermani* Comitis, præpositi *Coloniensis*; secundam tradidit *Frederico*, ut opinor, patri *Humperti* Comitis, Herois docti & studiosi rerum præcipuum, cujus filius est *ADOLPHUS*, qui hodie arcem, oppidum & Comitatum *Limporch* obtinet: tertiam filiam Comes *Wilhelmus* elocavit Comiti in *Balckenstein* & *Oberstein* & ei in dotem attribuit Dominium in *Broick* à quo Dominio est postea per fratres separatim divisum Dominium in *Stirmb.* Postquam vero *Humpertus* Comes, *Adolphus* patres duceret *Comitum Falckenstennii* & *Oberstennii* sororem N. in conjugem omiserunt isti Comites titulum in *Limporch* & eum *Newenariis* Comitibus Domino *Humperto* & ejus filio *Adolpho* permiserunt: *Adolphus* ducta *Hermani* eruditissimi Comitis *Newenarii* & in *Morsæ*, ac Domini in *Bethbar* sorore, *Wilhelmi* filia, nullam adhuc habet prolem vel heredem. Christus ei largiatur salutaria: *Adolphi* Comitis soror *Magdalenæ* est *Inclyto* Comiti *ARNOLDO* Comiti in *Benthem* elocata.

LINGEN Comitatus insertus *Benthemensi*, *Tecklenburgico* Comitibus & adjacet diocesisbus *Trajectensi* & *Osnaburgensi* atque etiam *Monasteriensi*: Hic Comitatus subfuit ab antiquo *Tecklenburgico* Comitibus, & semper talis erat compositio inter fratres, si propter divisionem coincideret controversia: Sic tandem cum inter fratres *OTTHONEM* & *NICOLAUM*, Comites *Tecklenburgicos* ac *Lingenses* fieret divisio, nec quidem illam ferret libenter Comes *Otho*, & propterea sidiaretur fratri *Nicolao*, ita accidit, ut à fratre coactus *Nicolaus* Comes possessor Comitatus *Lingensis*, in invidiam fratris ultro subjicit & suum Dominium, ut feudum, hoc est Comitatum *Lingensem*, *Carolo Duci Geldrie*. Duxerat autem *Nicolaus* Comes sibi uxorem *Morcesensem* Comitissam *Elizabetham*, sed caruit hæredibus. Ideo tandem ad *CORADUM* proximum hæredem, ut istius *Nicolai* ex fratre *Othone* nepotem, rediit Comitatus *Lingensis*: iste se subjiciens *Landgravio Hassiæ Philippo*, ut suo affini ratione *Lingensis* Comitatus seque adjungens *Schmalcaldico*

dico foederi, erat quasi alienus à *Carolo V.* Cæsare: tunc temporis ejecto ex Geldria post mortem *Caroli Geldri*, *Wilhelmo Clivenli* & *Julia-cenli Duce*, quando Cæsar consecutus esset Ducatus *Geldria* possessionem, & deinde quoque esset Cæsar *Carolus V.* victor, captis Principibus, Electore Saxonie *Joanne Frederico* & *Philippo Landgravio Hassie*, ecce nomine Cæsaris invadit Comitatum *Lingensem*, *Maximilianus Comes Burensis* & in *Breda*, qui mox eo violenter cogit sub nomine Cæsaris, Comitem *Conradum*, ut non solum *Burensi* permittat *Lingensem* Comitatum, sed etiam ut isti Comitatu cogatur ex suo *Tecklenburgico* Comitatu, sic satis antea extenuato, adjicere potissimas parochias: Mox *Hispaniarum* Rex eam possidet: sed spero Nobilissimo Comiti, Domino *ARNOLDO*, Comiti *Benthemensi*, *Tecklenburgico* & *Steinvoordensi*, Domino in *Bevelinckhove* *Lingen* & *Whebe* ut vero hæredi aut suis filiis aliquando restituendam arcem & Comitatum, quod Christus largiatur.

LIPPE, est celebris & amplus *Westphalia* Comitatus, & in initio fiebat terminis eorum locorum, qui sunt confines circa urbem *Lippiam*, & tunc huic Dominio suberant pagi, villa & sylva adjacentes urbi *Lippiensi*, quæ modo parent *Coloniensibus*, & castrum *Hovestad* / tunc quoque *Lippiensi* Dominio paruit. Ea omnia tempore *Henrici Leonis*, magni Electoris istius, ad se transtulit *Colonensis* præsul, & deinde vetus *Dominorum Lippiensium* asylum, nempe castrum & oppidum *Lipperodium* invasit quoque præsul *Paderbornensis*. Quando vero *Meinwercus* Episcopus *Paderbornensis*, ex beneficio *Henrici II.* Cæsaris sibi consequeretur Comitatum *Haholti* (quem ex multis indiciis collegi *Vandalum* fuisse) ecce postquam *BERNHARDUS*, Nobilis Dominus de *Lippia*, factus erat affinis *Lothario* primo Comiti, deinde Duci *Saxonia* & *Westphalia*, atque tandem Cæsari, is certe per intercessionem *Lotharii* consequitur ab Episcopo *Paderbornense* totum *Haholti* Comitatum in feudum. Hic Comitatus modo est amplus & egregius, habet aliquot splendidas urbes, ut urbem *Lippiam*, quæ duobus diversis Dominis subdita est, quamvis sit à Domino *Lippiensi* condita, ut postea dicetur, urbem *Lemgoviam* politia, cultura morum & multis viris doctis ac præstantibus florentem, ubi ego in Ecclesia ad annos 14. pastorem egi, *Hornam* deinde, *Blumbergum*, *Liffelenium* & *Deitmoldiam*, oppida multis donis flagrantia. *Deitmoldia* habent suas sedes plerumque *Lippienses* Comites, & is locus est

etiam admodum antiquus, quoniam Annales referunt, quod ad locum Deitmolde iu fugam converterit Regem Saxonum *Wedekindum Caroli magnus*. Est quoque hic Comitatu subditus locus ille, in quo occubuit cum exercitu Romano, *Quintilius Varus*, cæsus ab *Harminio Duce*, sub *Cæsare Augusto*, quod etiam his testimoniis probo: *Cornelius Tacitus* scribit pugnam illam factam ad *salum Teutenburgensem*, inter *Amasim & Lupiam flumina*, deinde ad locum dictum *die Sende* est contigua planicies nominata *das Wintfelt* à victoria quasi media inter *Amasim & Lupiam*, hoc est inter initium *Luppia*, da *die Sipp springe* videlicet vel circa oppidum *Sipspringe* & inter initium *Amasi*, nec habet progressum ex monte dicto *der Stapelagerberg*: ibi inquam sunt *Romani ab Harminio Cheruscorum & Saxonum Duce*, ut inde nomen *Wintfelt* locus habeat, deinde ibi in vicinia moratur *villicus*, dictus *Teutenmeyer* sic ab antiquo appellatus, cum quo convenit vox *apud Tacitum de salu Teutenburgensi*, ubi etiam ante triginta annos acervus lapidum repertus fuit, tanquam indicium, quod ibi aliqua munitio fuerit, & reliquæ lapidum adhuc ibi sine dubio reperiuntur: de hinc que consideretur quod *fonticulus* planiciem à victoria dictam præterfluat, qui à copia effusi Romanorum sanguinis, nomen habet, dictus *die Rodenbecke* communi istius loci idiomate: denique accidit ante nostra tempora quando rustici inciperent aratro scindere terram, & adaptare ad agrum, non solum ibi humana ossa inventa sunt, sed etiam frustra gladiorum, hastarum, pugionum, armorum & ferri ad defensionem vario genere, imo ibi invenerunt varia numismata Romana, partim aurea, partim argentea, in quibus *Fulii, Augusti, Agrippæ* & aliorum Romanorum Heroum & imagines & inscriptiones utcumque cognoscantur, quæ numismata & Inscriptiones ipse ante annos viginti sex vidi *Lemgovia*. Sed hæc hæctenus.

Ego in gratiam & honorem illustrium & generosissimorum Heroum, ac Comitum Dn. SIMONIS, *Comitis Lippiensis & Risbergensis Domini in Esens & Witmunde* & ipsius patruelis Domini PHILIPPUS, *Comitis Lippiensis, Spiegelbergici & Pirmontani*, Comitum ac Dominorum meorum Clementissimorum (quorum Inclitis patribus, celeberrimæ memoriæ, ut Domino BERNHARDO, Domino HERMANNO SIMONI fratribus ac Comitibus, in negotiis Ecclesiasticis inservivi) accuratam & à me summa diligentia collectam, Genealogiam veterum de Lippia Comitum, additis quibusdam historicis, subjiciam. *Andreas Hop.*

Hopenrodus in libro suo dicto *Stammbuch* multum aberrat in recitanda Genealogia horum Comitum. *Ernestus Brotuffius*, civis Merspurgenſis libro I. Principum Anholdinorum cap. 13. ait, hos Comitatus ut *Esſenborch*/*Arnsborch*/*Ravensborch*/*Warburg*/*Stromberch*/*Ritberch*/*Seipholte*/*Hoya*/*Lippia*/*Spiegelborch*/*Woldenborch*/*Hallermundt*/*Winsenborch*/*Poppenborch*/*Wunstorff*/*Welp*/*Peyn*/*Plees* & alios plures jam dum ut Dominia extitisse, in inferiori Saxonia, & Westphalia, & non tunc appellatos Comitatus, sed Dominia, Nomen vero Comitum cum Carolo primum translatum ex Italia & Gallis in Saxoniā, quod de Lippiensibus Dominis mihi non fit verisimile: *Lippiflorium* in honorem eorum Comitum, scriptum ante annos trecentos, & *Chronicon Bernhadi Witten* Lippiensis, quondam Monachi in *Lesberen* ajunt descendisse Comites hos ex Italia, & primum eorum autorem in exercitu *Caroli Magni* fuisse, & eum ex *Ursinis Nobilibus Romanis* traxisse originem, qui gerunt præter *Loonem, rubeam rosam*, pro insignibus, sicut etiam Lippienses Domini quoque in insignibus suis gerunt *Rosam rubeam*: alii censent eos à *Rosinis Nobilibus Romanis*, descendisse. Interim *Cranius* & *Pencerus* asserunt circa ea tempora *Caroli*, nondum extitisse *Ursinorum* familiam; verum *Ernestus Brotuffius*, lib. I. de stirpe Principum Anholdinorum, cap. 9. diversum sentit, ostendens circa annum Domini 708. *Aribonem Germanum*, Romam profectum, suscepisse post mortem patris sui, possessionem Principatus *Ursinorum*, & ex eo propagatam Romæ & in Italia nobilem *Ursinorum* familiam. Ego ea pono ut reperio.

Prædictus historicus *Ernestus Brotuffius* in *Chronico Marsburgensi* anno 1556. *Budissini* edito, descripsit historiam & integrum bellum vel pugnam, quam commisit *Henricus I.* aueps Cæsar, contra *Ulagaros*, prope urbem *Marsburgam*, anno Domini 393. & ibi facit mentionem *Eberhardi* Domini de *Lippia* militantis in castris Cæsaris *Henrici primi*. Istius filius vel nepos fuit *Bernhardus* Dominus de *Lippia*, qui vixit tempore *Othonis II.* Imperatoris, & vixit seculo *Conradi II.* Imperatoris *Eberhardus* Dominus de *Lippia*, sine dubio istius *Bernhardi* filius, & istius *Eberhardi* conjunx erat *Ida de Helffenhausen*, hujus filii & nepotes erant sub *Henricis* Imperatoribus *Bornhardus*, *Hermannus* atque *Conradus*: tandem tempore *Lotharii Ducis*, deinde Cæsaris, vixit *Bernhardus* Dominus de *Lippia* eques auratus, qui fuit in castris *Lotharii*, & ipsius agnatam *Petronellam* Domini de *Are* filiam, duxit in uxorem, & copiarum

rum Lotharii dux erat, item quando ædificaret in ditione *Monasterienſi Sassenburgum* Lotharius & in vaderet *Dulmonem* oppidum & castrum, tandem *Sassenburgum* tradit huic Bernhardo & transigit cum *Episcopo Paderbornensi*, ut quoque iste Bernhardus consequatur in feudum *Comitatum Haholti*: Istius filii erant *Bernhardus*, *Gerhardus* *Episcopus* primo *Osnaburgensis*, deinde *Bremensis*, *Beatrix* *abbatissa* in *Hassebroide*; **BERNHARDUS** ex gratia *Conradi III.* Imperatoris, ædificavit urbem *Lippiam*, atque privilegia ipsi urbi *Lippiensi* & urbi *Lemgoviensi* communi-
cavit: Hic quoque *Henrici Leonis* *Electoris* & magni Ducis *Saxonie* & *Westphaliæ* castra senex sequitur, quo nomine cum exueretur *Henricus Leo* Ducibus *Westphaliæ* & *Angrivariæ*, hic & sui etiam castra *Spessat* / *Erfferte* & aliis pagis per *Coloniensem* exuuntur hi *Comites*, item possessione castrum *Sassenborch* privantur, per *Monasteriensem*, & *Lippingam* eis adimitur per *Paderbornensem*, tandem cum in recompensationem damni, reciperent *Dominium Enger* ab *Henrico Leone* (ad quod quoque pertinuit castrum *Bustede* / quod à *Lippiensibus* est postea militibus de *Nagel* oppignoratum, quod etiam isti tenuerunt longo tempore usque an annum 1560.) interim eodem tempore *Dominio de Enger* detrahit *Episcopus Osnaburgensis* pagos *Nimeschlage* & *Hoyel*. Hujus conjux erat *Sophia* bellicosi *Comitis Arnsburgici Frederici*, qui etiam se *Comitem Westphaliæ* scribebat, filia & ipsius, atque filii ejus *Henrici* *Comitis Arnsburgici*, tum quoque fratris *Episcopi Bremensis* opera reconciliatur *Coloniensi* *præfuli*, ut is pro se retineret *Enger* *Dominium* atque *Coloniensis* quæ antea ad se transtulisset, quoque sibi servaret: postea resignat gubernationem, & factus est primò *monachus*, mox *Abbas* & tandem *Episcopus Lealkensis* in *Livonia*, quem filius *Otho II.* *Episcopus Trajectinus* ordinavit. Hoshabuit filios, *Othonem II.* *Ultragelium* *Episcopum*, ordine 34. (qui in obsidione arcis *Coverde* perit anno 1227. sepultus in primario templo, is quando iret in terram sanctam) *Gerhardum* *Episcopum Bremensem*, cui pater & filius *Otho* manus imponebant, & *Hermannum*, cui tradidit sui perpetui in militia socii *Wederkindi* *Domini* in *Rheden* unicum filiam, cum qua is consequitur *Dominium* in *Rheden*: interim iste *Hermannus*, dum pro patruo *Gerhardo* *Bremensi Archiepiscopo*, & ejus *Coadjutore* fratre, contra *Stedingensium* arma sumeret, ibidem occumbit. Illo mortuo invadunt castrum *Rheden* *Tecklenburgici* *Comites*, ex quorum sorore erat *Hermanni* *Lippiensis* *Co-*

Comitis conjunx nata. HERMANNUM illum vocat *Crantius* Nobilem sapientem atque bonum Dominum, Hermannus habuit filium *Othonem*, Episcopum Monasteriensem, qui certa pecuniæ summa, teste *Crantio*, Comitatum *Vechenssem* Diocesi Monasteriensi adjecit, *Conradum* Canonicum Hildesimensem, *Sophiam* elocatam Stenvordienfi Domino, BERNHARDUM gubernatorem patriæ, & *Simonem* primo præpositum Paderbornensem, deinde Coadjutorem Bremensem, & tandem Episcopum Paderbornensem, qui ædificavit urbem *Soltkotten* & curavit, ut inter Præfules Paderbornenses & Comites *Lippienses* fierent perpetua confederationes, quæ etiamnum hodie durant: BERNHARDUS duxit uxorem *Wedekindi* Comitis de *Altena* filiam, & repetiit Dominium ac castrum *Rhede* à *Tecklenburgicis*, quod cum verbis non impetraret, milite & copiis cinxit castrum, & in obsidione ejus castri contulit privilegia urbibus *Lippia* & *Lemgovia*, vel potius confirmavit anno 1245. & sic habetur in originali, prout avus & pater noster fecerunt: tandem res inter *Tecklenburgicos* & *Lippienses* componitur. Hujus *Bernhardi* liberi erant *Cunegunda*, *Alberti* *Schwallenburgici* Comitis conjunx, *Bernhardus* *Mindæ* Scholasticus: *Hermannus* Dominus in *Rheden* (quo mortuo rediit ad fratrem *Simonem* castrum *Rheden*) *Beatrix* *Frederici* *Ritbergici* Comitis uxor, & *SIMON*, qui *Lemgoviensibus* privilegia confirmavit anno 1265. Hujus uxor erut, soror *Alberti* *Schwallenburgici* & *Lodovici* filia, *Elizabeth*. Cum vero hic *SIMON* cuperet ad suum Dominium in *Engeren* restituere parochias *Himeschlage* & *Hoyels* & propterea *Osnaburgensi* ditioni molestus sæpe esset, tandem ex infidiis capitur & ad quinquennium *Osnaburgi* captivus in turri (*denBuck*) detinetur, donec tandem obsides Episcopo & proceribus *Osnaburgensibus* constitueret *Albertum* *Schwallenburgicum*, *Joannem* *Benthemicum*, *Othonem* *Tecklenburgicum* Comites, Item *Balduinum* *Stenvordicum* & *Othonem* *Ahusianum*, Dominos & Barones, item hos militares *Burchardum* *Strombergium*, *Bernhardum* de *Beveren* / *Gotschalcum* *Duckerrum*, *Dithmarum* *Ritbergium*, *Wolffhardum* à *Malgeren*, *Fredericum* ab *Horde* & *Leiphardum* à *Lipode* (cujus etiam meminit *Albertus Crantius* in *Metropoli* libro 8. cap. 52.) & ea lege liberaretur, ut arcem & Dominium *Enger* fratri Episcopi *Lodovici* *Brunoni* *Ravensburgico* Comiti oppignoraret, & arcem *Rheden* demoliretur. Hujus filius & filia erant, *Bernhardus* Episcopus *Paderbornensis*, qui à Comitibus in *Eberstein* emit dimidiam partem arcis *Hinnenborch* ad usum ditionis *Paderbornensis*,

& ædificavit arcem Dringenborch & Beringen / & tumultuantes cives Paderbornenses milite cinxit & ad obedientiam coegit, deinde *Ana* Cominis *Simonis de Sterneborch* uxor, *Armegarda* Comitissæ *Eberstenii Hermannii* conjux, *Henricus* Canonicus Bremensis, & *SIMON* gubernator patriæ, *Theodoricus* Scholasticus Paderbornensis, & *Hermannus* Canon. Colonienfis. *SIMON* duxit *Frederici* filiam, & *Hermannii* Comitissæ *Eberstenii* sororem in uxorem, atque urbi Lemgovienfi confirmavit privilegia anno Domini 1300. & anno Domini 1306. suscepit in Neapolim Lemgoviensem *Moniales*, quorum Monasterium adhuc ibi floret. Hic fuit tunc juniorum Comitum de *Sterneborch*, ut suorum Nepotum, item Episcopo *Monasteriensi* *Othoni de Ritberge*, pugnanti contra Colonienfes, cum *Gerharo Domino de Berga*, prope oppidum *Mindam*, pugnanti contra *Mindenses* circa *Rostorpe* anno Domini 1301. auxilium tulit.

Hujus *SIMONIS* filii erant *Otho* & *Bernhardus*, atque *Armegarda* Domini ultimi *Simonis* in *Berga* uxor: Duo fratres dividebant Comitatum: *OTTHO* privilegia urbi *Lemgovia* confirmavit anno Domini 1344. *BERNHARDUS* ædificavit castrum *Hornen* anno Domini 1346. & Comitissæ in *Stoppelberch*, alteram filiam duxit uxorem, cum qua consequitur arcem *Ustenberch* (alteram duxit *Schwallenbergicus* Comes) & reliquit *Bernhardus* filiam *Alheidam*, qua *Mauritio* Comitissæ *Spiegelbergico* nupsit: *OTTHO* vero Comes ex *Armegarda* Comitissæ de *Marco* conjugæ suæ genuit *Othonem* Præpositum Coloniensem, *Henricum* Præpositum Mindensem, & *SIMONEM* gubernatorem patriæ, cujus conjux erat *Jutta* Comitissæ de *Hoya*, qui privilegia confirmavit Lemgovienfi Senatui & civibus anno Domini 1361. & suum affinem Episcopum *Monasteriensem* *Othonem de Hoya* captum à *Balduino Stenordienfi* Domino, adjutus Comitum *Hoyensium* & civium *Monasteriensium* copiis anno Domini 1494. jam senex liberavit, & antea cum *Tecklenburgicis* pugnavit, propter Dominium *Rhede*, in qua pugna capiebatur anno Domini 1378. & liberabatur ea conditione: ut junior Comes *Tecklenburgicus* *Otho* duceret hujus *Simonis* filiam *Elikam*, & ita fieret hæres Domini in *Rhede*, si relinqueret posteros. Hic *Simon* diu vixit, & moritur 1410. ipso decumbente & paralytico, moritur Comes ultimus & hæres in *Sterneberch* *Henricus*: propter quem Comitatum inter ipsam & *Schoewenburgicos*, Comites, oritur controversia, sed propter morbum nihil magni tentare potuit: ideo hoc perficere voluit filius *BERNHARDUS*: *Simonis* istius filii & filia erant *Elika* *Tecklenburgica*

gica Comitissa, *Futta* Abbatissa in *Cappelen* *Anna* ultimi Comitis Pirmontani conjunx, & BERNHARDUS cujus conjunx erat *Elizabetha* Comitissa de *Morsa*, & hic cepit cum Schowenbergicis Comitibus propter Comitatum Sternebergicum contendere & belligerare, interea ei quoque oritur *controversiam Ducibus Brunsvicensibus*, ideo bello Brunsvicensi occupatus non potuit Schowenburgicum continuare, interim res ei ita successit, ut caperet *Henricum Ducem Brunsvicensem & Luneburgensem*, quem tenuit duriter vinculis captivum in *Balsensbörch* arce, & is pro redemptione sua promittebat *centum millia Florenorum*, sed liberatus ex vinculis curat se ab ea obligatione *absolvi per Papam*, quanquam *fidejussores* ejus *quindecim millia Florenorum* solverent: interim iste Dux non leve damnum intulit Comiti huic post liberationem: postea intercessit bellum inter ipsum & *Wilhelmum Ducem Montensem, Episcopum Paderbornensem*: moritur anno Domini 1426. cujus filius SIMON continuavit cum Schowenbergicis Comitibus bellum, ita ut plane & urbes *Bosnckveldia, Barrentorpium & Alverdisium* & reliqui pagi in Comitatu Sternebergico dissiparentur: deinde ei contigit bellum cum Comite *Tecklenburgico* propter mortuam sine hærede sororem, *Otthonis* conjugem, & vixit tantum ad sexennium post parentem: conjunx hujus *Simonis* erat *Ducissa Brunsvicensis Margaretha* (videlicet de *Grubenhagen*) & ex ea genuit BERNHARDUM *bellicosum*, & SIMONEM *Episc. Paderbornensem*: Isti duo fratres erant pueri, dum moreretur parens eorum: Et accidit in minorenni ætate horum Comitum, sicut *Ertwinus Ertzman* Consul *Osnaburgensis* in *Chronico Osnaburg. Episc.* asserit, quod adolescentibus Comitibus extorsum esset à quibusdam, ut *dimidiam partem urbis Lippia, Duci Clivensi & Comiti potenti de Marcka, oppignoratam, certa pecunia, plane divenderent*, & Principis nomine hoc transegerunt, *Goswinus Ketlerus & Clamor Buschius*, & nomine Comitum Juniorum & fratrum, *Joannes à Mollenbecke, Joannes à Borch/Conradus ab Exter* militares, & *Consul Lemgovienensis Arnoldus Bern* dicit anno Domini 1445. cum vero proceres & status utriusque Comitatus Schowenbergici & Lippiensis viderent, non solum Sternebergicum Comitatum dissipari, sed etiam multum damni utriusque Comitatus hinc inde inferri, & passim subditos premi, se tandem conjunxerunt & de consilio aliquot Heroum eo deduxerunt negotium, ut certa conditione retineret *Bernhardus junior Comes de Lippia Comitatum Sternebergicum, & duceret Schowenbergicam Comitissam Annam*, & sic utro-

bique pax ditionibus redderetur. In venditione urbis Lippiae ad dimidiam partem, ita erat transactum, ut *confederationes perpetua pangerentur inter Duces Clivia & Comites de Marcka*, qui tunc erant *Joannes & ejus filius Adolphus*, ab una, & *Comites de Lippia Bernhardum & Simonem*, ab altera parte. Ideo cum urbs *Susatum* novis gravaminibus premere-
 tur à suo Episcopo *Theodoro à Morfa* Comite, & *Coloniensi Electore*, de-
 fecit Senatus & urbs à *Coloniensibus*, & se *Clivensibus Ducibus*, ratio-
 ne magni Comitatus *Marchensis* subdidit: Sic propter defectionem
 urbis SUSATI, longum & diuturnum infert bellum *Clivensibus Prin-*
cipibus Elector Coloniensis Theodorus, natus Comes de *Morfa*, & quam-
 quam *avia Bernhar di Comitis Lippiensis nomine Elizabeth*, fuisse legiti-
 tima *soror Episcopi Coloniensis Theodori* de *Morfa* Comitis, tamen requi-
 situs junior Comes, ratione fœderis & mutuae obligationis, cogebatur
 ayunculum magnum deferere, & adherere *Clivensibus Dominis*: in
 produxit *Bohemos, Misnenses & Thuringios* atque *Saxones* ingenti nume-
 ro *Coloniensis Præsul* in *Westphalam*, videlicet ad 60. millia militum
 sub ductore *Wilhelmo* Duce *Saxoniae*, sicut oculatus testis *Erwinus Erbi-*
man, *Consul Osnaburgensis*, scribit in *Chronico Osnaburgensi*, qui descen-
 dentes per *Harciniam sylvam* turmatim venerunt *Eimbeccam*, & deinde
Huxarium, & utrique urbi multum damni dederunt, postea delapsi in
 Comitatum *Lippiensem* anno Domini 1447. cum *BERNHARDUS* Co-
 mes esset 18. annorum (qui ita territus includitur dolio & per *naevos in*
Visurgi usque ad *arcem Schoxenburgicam* ad sponsam suam transtertur)
 Hostes oppidum & *arcem Blombergam*, pridie *Viti* incendunt & exurunt,
Hornensem urbem vastant, & partem exurunt: *Lemgovensem urbem in-*
vadunt & spoliant, sed non incendunt, propter unum *Consulem Cru-*
sum, quondam *Episcopo* condiscipulum: item castrum *Walsenborch*
 oppidum *Ditmoldiam*, pagos, *Echotmar* & villas, *Uffelen* (qui locus est
 modo urbs ab isto *Bernhar*do privilegiata) incenderunt & vastant
 barbari populi, postea etiam urbibus *Osnaburgae* & *Hervordia* imperata
 facere jussit *Dux Saxoniae Wilhelmus*, & recta sic per Comitatum *Scho-*
xenburgicum, Ritbergicum, & per ditiones *Monasteriensem & Osnaburgicam*
 tendunt primo ad expugnandam urbem *Lippiam*, deinde *Susatum*.
 LIPPIA urbs multum *Coloniensibus* damni dederat, & eam per dies
 quindecim propterea oppugnabat hostis, sed re tandem infecta, tendit
 ad oppugnationem urbis SUSATI: interim & in ea expugnanda fru-
 straneam posuit operam *Præsul*: Hinc sunt versus, quos olim in *Biblio-*
 theca *Corbeana* reperi:

*Lippienses nati pariformiter atque Susati
Capita vocati, merito milites Coronati,
Evasit vota per vos Westphalia tota,
Vos expulistis canes de finibus istis,*

Item reperi in *Chronico Oldenburgensi Joannis Schiphoweri* de eo negotio, hos sequentes versus:

*Lippenses cives simul cum paupere dives
Sunt digni laude, tota Westphalia gaude,
Quod sic steterunt Lippenses, nec perierunt.*

Hic Comes quoque gessit bellum cum Comite *Tecklenburgico Nicolao*, ratione Domini in *Rhede* / quod castrum obsedit Lippiensis, sed turbatur ex obsidionis castris, ante arcem & oppidum *Rhede* fixis, & ab hoste in fugam convertitur, ut vix ipse evadens dilaberetur in oppidum *Wiedbrug gum*, interim capiuntur à Comite *Tecklenburgico* hi milites, *Arnoldus de Borch* / *Ludolphus ab Jeggenshusen* / *Joannes Quadit* / & restandem est per Episcopum *Monasteriensem Conradum*, natum Comitem in *Ritberch* / administratorem *Osnaburgensem* composita, ita quidem, ut prædictus historicus *Osnaburgensis* scribit: quando Domini de *Lippia* persolverint Comiti *Tecklenburgico* 4000. Florenos minus trecentis, eundem Comitem *Tecklenburgicum* super *Dominium in Rhede* impetere possunt. *SIMON* frater *Bernhardi* fuit Episcopus *Paderbornensis*, laudatus propter magnalia gesta & Heroicas virtutes ab *Alberro Crantzio*, sicut & hic *Bernhardus* etiam egregie celebratur à *Crantzio*, qui *BERNHARDUS*, Comes ex *Anna Schowenbergica* Comitissa genuit *Annam*, *Orthonis* Comitis *Hoyensis* conjugem, *SIMONEM* gubernatorem patriæ, *Elizabetham* *Rodolphi* Comitis *Deipholtiani* uxorem, *Margaretham*, *Joannis* Comitis *Ritbergici* conthoralem, *Bernhardum* Canonicum *Coloniensem* & *Armegardam* *Jodoci* Comitis *de Hoya* uxorem.

Hic *BERNHARDUS* dictus *bellicosus* moritur anno Domini 1511. & sunt adhuc in vivis, qui cum noverunt, & extruxit *Monasterium ordinis Pramonstratensis* in oppido *Blomberg* & hoc multis bonis ornavit, & in eo primus est sepultus: vivo parente anno Domini 1501. *SIMON* filius *Bernhardi* duxit conjugem *Walpurgim de Brunchherst*, quæ marito unicum filium peperit nomine *Bernhardum*, sed dum is moreretur anno Domini 1513. & *Ditmoldia* sepeliretur, mansit *Walpurgis* sterilis, sed illa, quod etiam sæpe optaverat, moriente anno Domini 1522. duxit Comes *SIMON* secundam conjugem anno sequenti, nempe *Magdalenam* Comitissam

tissam de Mansfelt/ Gebhardi/ filiam. Hic Simon cunctis cum Duce Clivensi urbem Lippiam propter susceptam Evangelii doctrinam, copiis militari- bus, interim dum Principes ingrederentur urbem, hic Comes cum e- ctis ministris Evangelii & civibus admodum clementer egit: *moritur* anno Domini 1537. & defunctus jungitur patri in novo Monasterio. Re- liquit autem ex secunda conjugē hos liberos *Margaretham Abbatissam in Hervorde / Borchorst & Freckenhorst /* BERNHARDUM (de quo postea) Annam Comitissam Waldechiani Joannis conjugem, HERMAN- NUM SIMONEM Comitem quoque assumptum in Spiegelberg/ de quo postea dicitur, *Magdalenam Decanissam in illustri collegio Her- diensi & Agnezam Theodori ultimi Domini de Plessia viduam, quam na- per sibi assumplit in conthoralem Habundus, Comes de Schliken & Pa- sou.*

BERNHARDUS duxit conjugem Philippi Comitissam Waldechiani filiam & sororem Philippi, Joannis & Francisci Comitum *Catharinam, & ex ea genuit Annam, Comitissam de Everstein/ Domini in Neuwogarten Wolf- gangi conjugem, Magdalenam, Georgii Hassia Lantgravii conthoralem, SIMONEM haredem & Bernhardam Posthumam Comiti Westbergi- co Ludovico elocatam.* BERNHARDUS gessit bellum contra vicinam & cognatum Comitem *Ritbergicum Joannem, tunc ipsi & suis molestias inferentem, & ita tandem totum invasit Comitatum Ritbergicum, donec ad proceres Circuli Westphalici negotium devolveretur, & demum Ritbergicus Comes caperetur) Moritur Bernhardus anno Domini 1563. & avo & patri adjungitur, cujus pia vidua, ut sancta matrona pie educavit filium SIMONEM, qui jam factus robustior & ad virilem accedens aetatem elegit sibi conjugem celeberrimae Comitissae de Hoya *Erici viduam, Armegardam, natam Comitissam de Ritberg, Domi- nam de Esens/ Stedesdorff & Witmundel/ & cum ea loco dotis in posses- sionem consequitur Comitatum Ritbergicum, Christus pio & erudito Comi- det haredes & posteros, atque largiatur suam gratiam, est amator pa- cis, piorum doctorum, & Heros est placidus, eruditus & pius. Hujus SIMONIS patruus HERMANNUS SIMON frater Bernardi, mor- tuo ultimo haredem masculino, stirpis Spiegelbergicorum Comitum, Phi- lippo, duxit uxorem, istius Philippi sororem Ursulam. In qua loco dotis consequitur in possessionem Comitatum Spiegelbergicum & Pirmontia- num. Cum aliquando controversia esset inter fratres de divisione res est composita per arbitros, ut Dominum Albertum Comitem in Hoya**

ac Droichausen & Joannem Comitem Waldechianum. Erat Hermannus Simoni controversia cum Remberto Præsule Paderbornense, propter Comitatum Pirmontanum, quæ ab istius Remberti successore Joanne Comite Hoyensi, componitur. Hic vero castrum Comitatus Pirmontani dictum Neunhaus aggeribus, murisque cinxit & munitione confirmavit, & splendide extruxit, & exornavit. Peperit Hermannus Simoni Comiti pia conjunx Ursula duos filios, unum maturius ante baptismum discedentem, alterum nomine PHILIPPUM, quem dum viveret pater curavit diligenter educari, & mortuo patre Hermannus Simone anno Domini 1576: & avo, patri & fratri adjuncto, in eandem incubuit pia matrona & generosa mater vidua curam, ut hætenus sit bene informatus filius Philippus, cui jam pubertatis annos egresso, & ad virilem ætatem accedenti, à Christo conjugem natalibus non minus quam virtute, & pietate præstantem opto Heroidem.

Hanc genealogiam per multos annos meditando, Sepulchralia monumenta & alia inquirendo, historiis atque diversis antiquitatibus indagandis, magno meo labore congesti, in honorem prædictorum illustrissimæ Prolapix Comitum & Nobilissimorum Heroum, Domini SIMONIS Comitissæ de Lippia & Ritbergh / Domini in Esens / Stedesdorff & Witmunde / atque ejus patruelis Domini PHILIPPI, Comitissæ de Lippia & in Spiegelborch atque Pirmont / & similiter in honorem utriusque Comitissæ matrum, matronarum Sanctarum & viduarum Generosissimarum, ut Domina Catharina, nata Comitissæ de Waldech / Comitissæ de Lippia, viduæ Domini Bernhardi Comitissæ Lippiensis, & Domina Ursula, nata Comitissæ in Spiegelberch & Pirmont / viduæ Domini Hermannus Simonis Comitissæ Lippiensis, atque deinde in honorem Nobilissimarum Matronarum Domina Anna, nata Comitissæ in Lippia, Comitissæ de Waldech / viduæ Domini Joannis Comitissæ Waldechiani, item Domina Magdalena, nata Comitissæ de Lippia, Decanissæ in illustri collegio Hervordiensis, & Domina Agnesa, nata Comitissæ Lippiensis, viduæ Dn. Theodori Domini de Plessa & nunc conthoralis Domini Comitissæ de Schlika D. Abundi Comitissæ Passoun, & etiam postremo in honorem illustrissimæ Principissæ & Lantgraviæ Hassiæ Domina Magdalena, nata Comitissæ de Lippia, conthoralis Inclyti Herouis GEORGII Lantgraviæ Hassiæ.

M.

MAGDEBURGUM fuit proprius, ut adhuc est, *Burchgraviatus*, qui diversos jam ante aliquot secula Dominos habuit: anno Domini 930. possedit eum GERO, & deinde ejus filius GERO & nepos GERO *tertius*, cujus fratres *Syffridus & Wibrechtus*, qui cum mortui essent, SYFRIDUS *junior*, filius senioris, instituit *Gerunde cœnobium* illustre, fundavitque *arcem Gruningen*/ quæ est modo arx primaria in ditione Halberstadensi. *Geronis II. filia* erat *Hidda*, quæ nupsit *Christiano Domino in Lusach*/ unde natus est *Gero Archiepiscopus Colonienfis & Tithmarus*, qui fundavit *cœnobium in Monicheneuvenberg* anno Domini 975. unde versus:

Tithmarus cum filio Marchio Misnensis pro tunc Dominus Lusachensis, claustrum fundavit, dotavit, nos quoque pavit.

Illo mortuo contulit Burchgraviatum *Otto*, vel magnus ille imperator *Hermann*, *Bilingi* filio, & illa demum linea decedente, pervenit iste Burchgraviatus ad *Comites in Balbke* / & deinde ad *Dominos in Mochke*/ postea ad *Dominos in Quersurth* (vide hic *Albertum Cranziam* in *Metropoli* libro 6. cap. 22. ab eis pervenit ad *Comites in Schrapellan* & sic postremò ad *Electores Saxonia*, sicut adhuc hodie laudatissimus potentissimus & Inclytus Princeps, Nutricius Ecclesiarum & Scholarum, Elector Saxonie *Augustus*, modo est Burchgravius Magdeburgensis. Hæc plerunque ex *Andrea Hoppenrodii Stambuchi* descripti.

MÖRSE Comitatus, cujus arx & oppidum ejus nominis, ultra Rhenum circa *Ducatum Clivensem & Dominium Rempen* (quod modo paret *Colonienfi præfuli*, & olim habuit proprium Dominum) sita sunt, interim cum tamen ab hac parte Rheni, circa *Dusberg* in *Westphalia* habeat quoque is Comes bona hæreditaria, als das *Reich* *felt*/ ideo hanc eorum Genealogiam, prout reperi, subjiciam, in honorem Generosissimi Comitis ac Domini Dni. ADOLPHI, Comitis in *Wenar*/ *Simpurg* atque *Mörse*/ Domini in *Alpen & Lingen* / atque ejus Cels. affinis, Inclyti Comitis Domini ARNOLDI, Comitis in *Bentheim* *Tecklenborch & Stenfurdt*/ Domini in *Bevelinckhove* atque *Rhebe*/ *Minorum Clementissimorum*. FREDERICUS genuit ex *Hoichstratina Domina Theodoricum*, *Episcopum Coloniensem*, *administratorem Halberstadensem & Paderbornensem*, qui ad oppugnationem urbis *Susati* *hemis*

hemos, Misnenses, Thuringos & Saxones produxit, Elizabetham Comitissam Lippiensem, Bernardi Comitis conthoralem, Henricum Monasteriensem Episcopum & administratorem Osnaburgensem, Annam Nicolai Tecklenburgici Comitis conjugem, Walradum postulatam quidem ad Trajectensem & quoque ad Monasteriensem Ecclesiam, sed neutram in possessionem accepit, Fredericum in pueritia mortuum & Vincentium, qui ex Geldrica Domina, vel filia Domini de Erfel (quod fuit Dominium in Geldria) genuit Joannem & Elizabetham, Nicolai Comitis Tecklenburgici uxorem; JOANNES ex Comitissa Rifferchediana genuit Bernhardum maturius morientem, & filiam unicam N. quam elocavit Wilhelmo Comiti de Wedda, Hermanni Archiepiscopi Colonienfis pii & propter confessionem veritatis in senio depositi, fratri, & ei in dotem attribuit Comitatum Mörsem, qui etiam mutato patrio titulo se scripsit tantum Comitem in Mörse, & ei quoque nascitur unica filia Anna, quam tradidit in uxorem sapientissimo & præstantissimo Comiti WILHELMO, Comiti in Neuwenaar Domino in Bethbar Consiliario Caroli V. Cæsaris, fratri Hermanni præpositi Colonienfis doctissimi Herois, qui à doctis salutabatur Comes de Nova aquila, & istius Wilhelmi & hujus Hermanni pater erat Senior Wilhelmus, Comes in Neuwenaar ac Dominus in Bethbar. Ex WILHELMO juniore, jam per pacta dotalia, jam facta quoque Comite Mörsem, & Anna conjugem, nascuntur HERMANNUS (habens ac referens nomen & ingenium patris) eruditissimus Heros, cui ex Comitissa Nassovica Wilhelmi Principis Urania Sorore N. nulla contigit proles, & filia N. elocata Adolpho Comiti Neuwenaarum Humberti filio, modo possessori Comitatus Mörsem,

OISTFRESLANDT, vel Orientalis Phrisiæ Comitatus: sed antequam ad hunc Comitatum perveniam, necesse est ut altius situm Phrisiæ utriusque describam. Dividitur Phrisia in Orientalem & Occidentalem: nonnulli sub Occidentali comprehendunt Hollandiam, tertiam Groningensem & aliquam partem Diæcesis Trajectensis: verum modo est Occidentalis Phrisia ad quindecim fere miliaria extensa, & hæc modo sub se oppida continet Leerden / Schneek / Froncke / & Bolsvert / item vicos Harlingum, Staven / Dockum, Henloppen & Borckum / & totus ille tractus hæcenus paruit Regi Hispaniarum.

Jam tendimus ad Orientalem Phrisiam, ut nobis magis notam: Fuere

Ecc

olim

olim in Orientali Phrisia diversi populi, *Broickmarii, Afri, vel Aurichii, Lengenarii, Nordi Harlingii, Leardii, Emefeni, Rhedii, Sælererii, Schnaffii, Wagrii, Ostringii, Rustringii, Butjadi, Statlandi, Stedingi, Hadelarii & Worstein.*

Jam videndum quibus singuli isti populi modo parent, *Broickmarii, Afri vel Aurichii, Lengenarii, Nordii, Leardii, Emefeni, Rhedii & similes, sunt subjeçti Comiti Orientalis Phrisiæ, quanquam huic Comitatus subsint Dominia Nobilium Capitaneorum, qui gubernationem per suos habent pagos, ut sunt Domini in Oldersen / Rnipensen / Gudensen / Burch / Dorm / Loppersen / Uphausen / Inhausen / Woltshausen / Petten & in similibus, quibus addita erant Dominia *Yevesen / & Loquart /* qua legitima emptione fecit propria Comes *Ezardus II.* interim Dominia *Rnipensen & Inhusen* sunt sita in *Ostringia*, atque *Gudensen* in *Rustringia*.*

Wagrii ad mare siti, quibus sunt vicini *Ostringi*, & hi populi parent Ditioni *Theverensi*, interim ex ditione *Rustringia* septem olim periere *parochia*, quarum tres anno Domini 1218. exundatione perierunt 17. Novembris, & deinde reliquæ perierunt anno Domini 1511. in die *Antonii* interim ex *Rustringis* adhuc tres parochiæ sunt reliquæ, quæ parent ditioni *Theverensi*: *Butjadi & Statlandi* subsunt modo Comitibus *Oldenburgensibus*, *Stedingii* parent Comitatus *Delmenhorstano*, *Worstenii* Episcopo *Bremensi*, & *Hadelarii Ducibus Inferioris Saxonie* ad *Albim*, *Harlingii* parent Dominio in *Esens & Witmunde*: *Soiletarii* in tribus pagis extensi, victum quærent ex *paludibus & cespitibus*, quos aliquando subegit Comes *Tecklenburgicus Nicolaus*, & suæ arci ac præfecturæ *Cloppenburgicæ* adjecit, quam ei postquam ademit *Monasteriensis Præfili Ottho*, natus Comes *de Hoya*, ab eo tempore paruerunt Dominio *superborum Ecclesiasticorum* (sic enim volunt dici) *Monasteriensium*. In similitur præfecturæ *Cloppenburgicæ* subsunt quoque *Schnaffii Phrisii*, qui belli à prædicto Comite *Tecklenburgensi* subacti, & sub his comprehenditur oppidum *Friesothe*, quasi *Phrisiorum Domus*, & pagus *Schnaffii*. Dicuntur autem *Schnaffii* à munitione dicta *Schnaffe* / quam olim *Orientalis Phrisiæ* incolæ destruxerunt. Nunc tendimus ad *Orientalis Phrisiam* & illius Comites, subsunt huic Comitatus *CIVITATES & arces, Emdena civitas & emporium celebre, Norda, Aurichum, Gremicha, Leer / Oldersheim / Gretha*: item *ARCES Emdena, Gretha, Oerich, Stichausen / Fredeburch / Beren*, atque alia castra. Hæc est eorum genealogia.

nealogia, quam in gratiam illustris Domini, D. ENNONIS, Comitiss Orientalis Phrisiæ ac in Ritberch / Domini in Esens / Stedesdorff & Witmund / Domini clementis, conscribo & huc subijcio.

OCKO capitaneus in Broick & Norden / cujus filius erat EZARDI Capitaneus in Greetziel / hodie Greethe / quæ præfectura ei per dotem matris accessit : ex hoc genitus est ULRICUS Capitaneus in Norden & Greetziel / qui nomine Hamburgensium, administravit arcem & urbem Emedam, & tandem eam sibi perpetuam facit, vel in possessionem consequitur anno Dn. 1453. Hic Nobilis Dominus Ulricus sibi elegit conjugem Dedam, & cum ea consequitur in dotem Aurich præfecturam & urbem atque Broickmerlanth / cujus pater fuisse dicitur Jockoufen anno Dn. 1445. Hic Ulricus, de consensu reliquorum Capitaneorum, totius Orientalis Phrisiæ creatur Comes à Frederico tertio Casare Maximiliani I. Patre : fuerunt hujus liberi, Jockoufen maturius moriens, Enno suffocatus in undis, Ulricus maturius ex vivis discedens, & EZARDUS successor Orientalis Phrisiæ Comes, aliquando occupator Terræ Groningensis & Butjada. Et hic Ezardus Stieckhausen & Greddeborch suæ adjecit ditioni, imo sustinuit gravissima Brunswicensium & Luneburgensium Ducum atque Ducis Saxonie Georgij, Marchionis Misniæ, bella atque varias incursiones : atque tandem & Butjada & Groningensi ditione per istos ejicitur. Ipsius uxor est Elizabetha Comitissa de Ritberch / Joannis, Ritbergici Comitiss & Margaretha Lippiensis Comitissæ filia, & Otthonis soror, quæ Ezardo peperit Ulricum maturius morientem, Ennonem II. Margaretham Comitiss Waldechiani Philippi conjugem, Heilwigam, Joannem, Annam & Dedam. ENNO fit gubernator patriæ, & Joannes permittit se excipi & eximi à Comitatu certa pecunia, & fit Cæsarius & deinde Regius vicarius in Bassenborch : ENNO vero secundus Comes Orientalis Phrisiæ, duxit sibi conjugem Annam ex veteri Oldenburgensium Comitum celebri familia oriundam, Comitiss Joannis filiam & sororem Joannis, Georgij, Christoferi & Antonii fratrum, ex qua Domino Ennoni II. nati sunt hi liberi, Elizabetha elocata Joanni Comiti Schoonenbergico in Duckeborch / Ezardus II. Comes ejus nominis, Christoferus, Helwiga Otthonis, Ducis Luneburgici in Harborch / Principis docti, conjunx, & Joannes : Ex his Christoferus occubuit in exercitu Cæsaris Maximiliani II. Cæsaris, quem contra Turcam in Ungaria duxit, Joannes obtinet arces Orth / Greethe & Stieckhausen, hactenus cælebs : EZARDUS vero secundus duxit Gustavi Regis

Svecorum filiam Catharinam, sororem Erici & Joannis Regum, & ea perit marito Ezardo Margaretham, Annam, ENNONEM tertium, maritum Wolpurgis natae Comitissae in Ritberg/ Dominæ in Esens & Wilmunde/ Gustavum, Joannem, Christoferum, Ezardum mortuum, Elizabetham mortuam & Carolum Otthonem.

P.

PYRMONT proprius Comitatus, ut testatur *Crantzius* libro, *Metropolis* cap. 25. Apparet ex nomine hos Comites fuisse oriundos aut ex *Italia*, vel ex *Gallia*, & censet *Crantzius* atque alii, hos Comites vel eorum majores primum venisse cum *Carolo Magno in Westphaliam*. Sonat enim nobis Germanis *Pymonth* quasi *Feurberch/* & situs est in vicinia oppidi *Leude/* inter veterem Comitatum *Schwallerbergicum, Sternebergicum,* atque adjacet *Diecepsi Paderbornensi, & Ducatu Brunsvicensi* circa *Visurgim*. Vetus castrum *Pymonth* erat situm in *altomonte* prope parochiam *Ostorff/* quæ ei subest & extant ejus castri reliquiæ adhuc ibi, ad flumen *Emmer:* verum novum castrum *Pymontanum* extruxit *FREDERICUS* Comes *Spiegelbergicus & Pymonthanus,* in planitie ad fontem *sacrum,* quod quidem amplificavit filius istius *Philippus,* & deinde gener *HERMANNUS SIMON,* Comes *Lippiacus,* munivit & exornavit atque aggeribus cinxit. In gratiam *Multis de Inclyti Comitis ac Domini PHILIPPI,* Comitis de *Lippia, & Spiegelbergiac Pymontani,* Domini mei clementis, subjiciam ea, quæ reperi de *Pymontanis Comitibus.* *BODO* Comes in *Pymonti* fuit *Abbas in Corbey:* *HENRICUS* Comes *Pymonticus* concessit aliqua bona *cænobio in Wibershausen.* Hi Comites habent ex singulis agris circumjacentibus oppido *Leude/* *decimas & in oppido Curiam atque Jurisdictionem.* Habuerunt sibi diu oppignoratam arcem ab *Everstensis Comitibus in Ottenstein:* Quando duo fratres (qui erant ultimi ejus familiae hæredes) Comites *Pymontani,* ut *Mauritius* *Canonicus Coloniensis,* & ibidem *Diaconus Ecclesiæ, & Joannes* (quem alii vocant *Henricum*) gubernator Comitatus, qui ex *Lippiaca Comitissa Anna* nullam habuit prolem, & sic absque hærede moritur: ita adhuc superstes existit ejus frater *Mauritius,* ut *Ecclesiastica persona,* qui ex concubina genuit filium, cui indidit nomen tale *Feurberch/* qui ante annos *quingenta & plures multis* admodum *senex* notus fuit in oppido *Leuda:* Et ex eo orta est familia illa dicta *Feurberch/* quæ in eò oppido ante

ante annos 20. adhuc extitit. *Speigelbergicus Comes, istorum ultimorum Comitum ex sorore Nepos*, fit hujus Comitatus Dominus & hæres.

In litera Q. nihil.

R.

REINSTEIN vel *Regenstein* Comitatus ad *Harciniam sylvam*, & est contiguus *Dioecesi Halberstaden*: Eorum facit mentionem *Albertus Crantzius* in *Saxonia* libro 6. cap. 42. & libro 9. cap. 28. & libro 10. cap. 6. deinde *Andreas Hoppetrodus* refert ex veteribus *Annalibus*, quod anno Domini 1242. vixerit Comes ULRICUS in *Regenstein* & quod anno Domini 1277. vixerit alius ULRICUS (sine dubio prioris filius) deinde quod extiterit anno Domini 1381. BUSSO Comes in *Regenstein*. Et *Ernestus Broitthauß* libro 2. cap. 49. *Chronici Mersburgici* meminit BERNHARDI Comitum in *Regenstein*. Idem *Hoppetrodus* recitat hanc horum Comitum Genealogiam à nobis latine factam.

HENRICUS Comes ibidem vixit anno Domini 1190. & ejus nominis vixit Comes anno Domini 1200. Hic reliquit filium ULRICUM, sepultum in *Michelfstein* / qui vixit anno Domini 1242. & CONRADUM. Ulrici istius filius erat quoque ULRICUS, qui vixit anno Domini 1277. & ex *Honsteiniana* Comitissa N. genuit ULRICUM TERTIUM & *Henricum* mortuum sine hæredibus anno Domini 1295. *Ulricus* duxit *Elizabetham de Reichlingen* / Comitissam (qui Comitatus mortuo ultimo hærede *Philippo*, in *Thuringia* existens, nomine desit esse) & ex ea genuit ULRICUM IV. *Aibertum* & *Bernhardum*. Ex ULRICO IV. & *Magdalena* Domina de *Mawen* nascuntur ULRICUS V. BERNHARDUS & *Busso*, & ex his BERNHARDUS duxit uxorem *Agnezam*, Comitissam *Schwarzburgicam*, & ex his oriuntur ULRICUS VI. & *Gerhardus*. Ex ULRICO VI. & *Anna* Comitissa de *Honstein* / nascuntur *Fustus*, *Bernhardus*, *Eva*, *Frederici Deipholdici* conjunx, & ULRICUS VII. qui duas habuit uxores, primam *Barbaram* Comitissam de *Mansfelt*, & alteram *Magdalenam* Comitissam de *Stolberge* / ex hoc nati sunt *Ernestus*, *Barbara*, *Boho*, *Casparus Ulricus*.

ERNESTI conjunx erat *Dorothea Stolbergica*, vel ut alii, Comitissa de *Honstein Barbara*; BOTHONIS erant duæ uxores, *Catharina Schwarzburgica*, & altera *Anna de Schonenburg*. Et adhuc ex *Ernesto* Comite geniti duo masculi hæredes supersunt. *Caspari Ulrici VIII.* conjunx est N. de *Budewitz*.

E e e 3

RIT.

RITBERCH Comitatus Westphaliae situs inter Dioccesin *Monasteriensem, Osnaburgensem, & Paderbornensem* atque Comitatus *Lippien- Ravensbergicum*: Est ibi castrum & oppidum ejusdem nominis: Dicitur ejus non est ampla, attamen in vicinis Dominis habet hic Comitatus multas villas & bona sita. Genealogiam horum Comitum, prout illam magna diligentia acquisivi ex Chronicis, & eorum monumentis atque sepulchrorum inscriptionibus, ubi hic Comites haecenus sepulti sunt, atque rerum usu, subjiciam, in honorem Illustrum & Inclitarum Dominorum ac Heroum, Domini SIMONIS, *Comitis Lippien- Ritberch / Domini in Esens / Stedesdorff & Witmunde / atque Domini ENNONIS, Comitis Orientalis Phrisia & in Ritberg / Domini in Esens / Stedesdorff ac Witmunde / & utriusque Domini Nobilissimarum conjugum atque Matronarum Inclitarum, Dom. Armgarda & Dominae Wolpurgis, natarum Comitissarum de Ritberch & Dominarum Esens / Stedesdorff atque Witmunde / Comitissarum in Lipp / & in Orientali Phrisia.*

FREDERICUS Comes in Ritberch fuit in campo equestri Magdeburgi anno Domini 939. ejus nepos ex filio Ottone vixit anno Domini 1025. nomine CONRADUS, qui rursus genuit CONRADUM, cujus filius erat OTTHO vivens anno Domini 1112. & post illum CONRADUS, & deinde ei successit FREDERICUS, qui vixit anno Domini 1200. & hujus erat filius CONRADUS, qui conjugem habuit *Adam Comitissam Arnsburgicam*, quae ei peperit *Conradum Episcopum Osnaburgensem, Otthonem Episcopum Paderbornensem, & FREDERICUM*, cujus conjunx erat *Beatrix Comitissa Lippienfis*: & hic genuit DITHMARUM, dantem fidem pro redimendo Simone Comite Lippienfi, ab Osnaburgensibus captivo anno Domini 1285. Huic ex *Ravensburgica Comitissa* nati sunt SIMON, majoris Ecclesiae *Osnaburgensis Canonici & Cantoris*, qui vixit anno Domini 1325. *Conradus Episcopus Mindensis, & Otto Episcopus Monasteriensis*, atque FREDERICUS, cujus conjunx erat *Alheidam Comitissa de Reifferscheit / cujus unicus fuit filius CONRADUS*, eam conthoralis erat *Beatrix de Brunckhorst / quae ei peperit unicum filium Alheidam*, quae nupsit *Otthoni Comiti Hoyensi*, ex quo natus est CONRADUS, qui sibi tantum sumpsit titulum & insignia Comitatus *Ritbergici*, & ex *Deipholdica Comitissa* genuit *Foannem Canonicum Coloniensem, in Phrisia occumbentem, Bernhardum Scholasticum Paderbornensem, & CONRADUM*, qui ex *Jacoba Comitissa de Nervenar* genuit

Margaretham, Frederici Ducis Brunsvicensis conjugem, JOANNEM, gubernatorem patria, Conradum Episcopum Monasteriensem & Osnaburgensem: JOANNI erat conjunx Comitissa de Lippia Margareta, Bernhardi bellicosi filia & Simonis (qui est modernorum de Lippia Comitum avus) soror. Hic JOANNES capitur ab Erico & Henrico fratribus & Ducibus Brunsvicensibus quorum patruus Fredericus erat ei affinis) cum pro civitatibus contra Duces bella gereret, anno Dni. 1485. Hic genuit ex sua conjugem Elizabetham Comitissam Ezardi in Orientali Phrisia uxorem, Armegardam Comitissam Otthonis de Ecklenborch conjugem, & OTTHONEM filium, cui duæ erant uxores, prior ipsi fuit conjunx Anna nata Comitissa de Ehen/ quæ ipsi peperit Ursulam Domini Philippi, Baronis liberi atque Domini in Winenberch (quod Dominium est conterminum Treverensi ditioni) conthoralem, Joannam Decanissam in illustri collegio Hervordienfi, Armegardam Abbatissam in Freden & Metesen, cum etiam Otthonem, qui in castris Caroli V. Cæsaris ad urbem Metensem positus anno Domini 1551. periit, & fuit militaris Heros, cui erat cum fratre Joanne de hæreditate controversia: secunda erat istius Otthonis conjunx Anna, nata Domina in Esens/ Stedesdorff atque Witmunde/ & ea peperit Comiti Otthoni Armegardam & Simonem maturius morientes, & JOANNEM eruditum Comitem & possessorem atque hæredem Comitatus Ritbergici, ac Dominiorum Esens/ Stedesdorff atque Witmunde/ qui dum arma caperet contra Comitem Lippiensem Bernhardum, cingitur à proceribus ordinis Westphalici in sua arce Ritberch/ & tandem ipsis captivum tradit; Ita captus, in custodia multos Germanicos libros vertit in linguam latinam, sicut illos in arce Esensi vidi. Huic fuit conjunx Agneza Comitissa nata de Benthem & Stensfurth/ quæ ei peperit Armegardam Annam maturius morientem & Wolpurgim: pater Comes JOANNES moritur Colonia: deinde elocatur filia ARMEGARDA Dno. Erico Comiti Hoyensi & Broichausiano, Jodoci filio: qui ita, per pacta dotalia, consequitur in possessionem Comitatum Ritbergicum & Dominia Esens & Witmunde: sed cum absque hæredibus moreretur, anno Domini 1575. secunda ipsius relicta vidua Dna. Armegarda nupsit Dno. SIMONI Comiti Lippiensi & Ritbergico, atque ejus Soror Domina Wolpurgis elocatur Dno. Ennoni Comiti Orientalis Phrisie, & Domino in Esens. Utrique sorori Nobilissimæ det Dominus hæredes atque posteros. Hanc genealogiam vidit & approbavit vir excellens Dn. Jodocus Wetterus, Cancellarius Ritbergicus & Esensis.

RHEDE, proprium in *Westphalia* Dominium, ad *Amasim* flumen, in vicinia urbis *Wildebrugga*, & est contiguum diœcesibus *Monasteriensi*, circa veterem *Burchgraviatum Imperii arcis Stromberch & Osnaburgensi*, ad terminos Comitatus *Ritberch, Gobelini* personæ, Decanus *Bileveldianus* & postea Monachus in *Bodeken* / in suo *Comitatu*, meminit *Wedekindi* Dni. in *Rhede* / qui cum Nobili Domino *Bernharo Lippiensi* militavit potentissimo Duci & Electori *Henrico Leoni*, & hi duo Domini multum damni intulerunt *Coloniensi* Præsuli: *Micus WEDEKINDI* unicam filiam duxit *HERMANNUS*, Domini *Bernardi de Lippia* filius, sed eam arcem & Dominium postea invaserunt *Comites Tecklenburgici*, adimentes *Lippiensibus* Comitibus hoc, propeca est inter vicinos illos *Comites Tecklenburgicos & Lippienses* eorum aliquando bellum de possessione & jure *Dominii & arcis Rheden*. Hodie eam arcem & Dominium possident *Comites Tecklenburgici*, & habentes se *Dominos in Rheden*.

RATZEBURG dicit *Crantzius* Comitatum fuisse proprium. Est hodie castrum & urbs, ubi *Henricus Leo*, magnus ille *Saxonia, Westphalia & Angriaria Dux* constituit *Episcopatum*, cujus possessor est modo *Christoferus Dux Megapolensis*: interim ad multos annos hoc castrum & urbem tanquam hereditariam ditionem obtinuerunt *Duces Inferioris Saxonia ad Albim in Lovenborch* / ut *Magnus avus, Franciscus filius, & Franciscus nepos, Duces Saxoniae, Angariae & Westphaliae*.

ROSTOCHII urbis & *Dominii* jus atque titulum obtinent *Duces Megapolenses*, & de eo *Dominio* scribet clarissimus historicus multa utilia, videlicet *Doctus David Chytraus*, qui jam ibi in *Academia* ejus urbis vixit ad annos triginta duos.

S.

SCHOWENBORCH celebris *Comitatus*, situs ad *Visurgim*, inter *Ducatus Brunsvicensem & Luneburgensem* atque diœcesin *Mindensem* & *Comitatum Hoyensem*, vicinusque est *Comitati Lippia*. *ADOLPHUS de Salinge*, auratum equitem, *Conradus II. Cæsar Minda* in *Comitatu* constituit & fecit *Comitem in Schowenborch* anno Domini 1030. Cujus filius *Adolphus* impetrat quoque à *Cæsare Lothario Saxoniae* anno Domini 1115. *Comitatum Holfatiae*.

Albertus Crantzius in sua *Saxonia* & in *Metropoli*, quam sæpissimè horum Comitum honorificam facit mentionem, & eorum antiquam recitat genealogiam libro 8. *Saxonia* cap. 26. & 27. & ego quando Principum daturus sum Genealogias, de hac prolixius referam. Tantum nunc à GERHARDO (dicto *cæco*) sumam initum, atque subsequentem Genealogiam, in horum illustrium & Generosissimorum Comitum ac Dominorum, Domini *Hermanni* nuper *Mindensis* Præfulis, *Antonii* Reverendi Decani *Metropolitani* *Coloniensis*, & Præpositi *Hildesimensis*, Item Dni. *Adolphi* & Dni. *Ernesti* Comitum in *Holstein/Schowenburg* & *Sterneberch* Dominorum in *Gemme* honorem subjiciam.

Ex GERHARDO *cæco* nascuntur ADOLPHUS & OTTHO, Comites in *Schowenberch* & ex ADOLPHO nascitur ADOLPHUS, cujus hi erant filii ex *Lippiaca* conjuge, *Simon* occumbens in aliqua pugna, *Adolphus* moriens in itinere, dum iret ad terram *Sacram*, versus *Hierusalem*, *Gerhardus* Episcopus *Mindensis*, *Bernhardus* Præpositus *Hamburgensis*, & OTTHO *Gubernator Schowenburgici* Comitatus: OTTHO genuit ex *Brunsvicensi* Comitissa *Wilhelmum* in pueritia morientem, & ADOLPHUM, ex ADOLPHO nascitur OTTHO, qui mortuis Ducibus *Schleswicensibus* & Comitibus *Holsatiae* *Gerhardo* & *Adolpho*, absque masculino hærede, quibus successit ex sorore nepos *Christianus I.* Rex *Daniæ* resignavit eidem Regi jus istius partis *Holsatiae*, quam prædicti Duces obtinuerant, pro certa pecuniæ summa, interim & ipse & sui posterii, priora sua castra in *Holsatia* & circa *Hamburgam* urbem obtinuerunt. Ex isto OTTHONE nascuntur ADOLPHUS, *Ericus*, *Ernestus* Episcopus *Hildesimensis*, *Mechilda* *Bernhardi* Ducis *Luneburgensis* conjunx, *Otho Henricus* Episcopus *Mindensis*, *Anna* *Bernhardi* Comitidis *Lippia* uxor, *Bernhardus*, *Joannes* & *Antonius*, ex his omnibus unus JOANNES factus est conjugatus. Nam ille duxit *Cardam* alteram filiam Domini in *Gemme* & cum ea consequitur in dotem totum *Dominium* in *Gemme* quæ diu mansit sterilis, sed tandem demortuis fratribus reliquis peperit suo Domino filium JODOCUM anno ætatis suæ 50. Hic JODOCUS ducta *Wilhelmi*, Comitidis *Nassovienensis* sorore *Maria*, genuit *Henricum* in pueritia mortuum, *Adolphum* Archiepiscopum *Coloniensem*, JOANNEM, qui ex conjuge *Elizabetha* Comitissa *Orientalis Phrisiæ* nullam habuit prolem, OTTHONEM de quo postea, *Antonium* succedentem fratri in Archiepiscopatu *Coloniensi*, ERNESTUM ducentem conjugem ex Dominis de *Schomburch*

burch/ JODOCUM (qui *Henrici Domini de Brederoth* sorore duchi, genuit *Henricum, Joannem, Otthonem & Wilhelmum* praepositum *Hildesimensis*, & in *Meschede*/ atque *Ericum*. Nunc de OTTHONE gubernatore patriae dicemus : Hic OTTHO fuit primò electus *Hildesimensis* Episcopus, sed eo Praesulatu resignato, suscepit gubernationem Ditionum paternarum, & habuit duas ordine conjuges : prima ei fuit uxor *Maria*, filia *Barnini Ducis Pomeraniae*, quae ei peperit *Hermanicum* Episcopum *Mindensem*, *Adolphum Antonium* Decanum *Metropolitanae* *Coloniensem*, *Ottonem* in juvenili aetate mortuum : Secunda Otthoni erat uxor, *Ursula* Ducis *Luneburgici Ernesti* filia, & soror *Henrici & Wilhelmi* Principum, ex qua ei nascuntur *Maria*, *Elizabetha* & *Ernestus* : Hic Ottho fuit bellicosus Heros, militans aliquoties cum laude in castris Regis Hispaniarum, cujus *Inclyta* vidua est adhuc superstes, et hic Comitatus amplus & habet splendidas urbes ac arces sive praesidia & turas.

SVERINUM olim proprius Comitatus, cuius arx & urbs hodie existentes parent Ducibus *Megapolensibus*, *Crantzii* in *Saxonia* & in *Metropoli*, deinde *Joannes Petersenus* meminerunt aliquot Comitum *Sverinensium*, ut *Gunzelini*, qui aedificavit *Wismariam* anno 1239. *Henrici & Helmoldi*. *Henricus Leo* magnus ille Princeps constituit quoque hunc Episcopatum : quem cum Comitatu hodie obtinent *Duces Megapolenses* : Sed de istis Comitibus insignis historicus & antiquitatis indagator ac scriptor celebris *Dn. David Chytarus* certissima dare poterit. Hodie *Duces Megapolenses* scribunt se *Comites Sverini*.

STARGARDIA ditio versus *Pomeraniam* sita, quoque iisdem Principibus paret, de cujus Dominis luculentam poterit dare historiam *Dn. David Chytarus*.

SPIEGELBERG. Horum Comitum meminit *Albertus Crantzii* libro 24. cap. 24. in *Saxonia* & alibi etiam in *Metropoli*, & explicat, quomodo contra *Spiegelbergicos* belligerati sint *Otto & Fredericus Luneburgici* Duces, Item contra eosdem pugnam instituerunt, *Henricus & Wilhelmus* Duces *Brunsvicensis*, anno Domini 1435. & licet quidam *Comes Spiegelbergicus* circa oppidum *Dintelen* pugnaverit contra *Duces* feliciter tamen perit in ea pugna. *Spiegelbergici* Comitibus feliciter pugnantibus

contra Wilhelmum Ducem Brunsvicensem meminit idem Crantzius in Metropoli libro II. cap. 27. Nam propter Comitatum Hallermunthanium Spiegelbergici Comites alacriter pugnarunt, contra Wilhelmum Ducem Brunsvicensem, qui ipsis castrum munitum Nachmollen & deinde castra & praefecturas istius Comitatus Hallermontani Sprunge / Hallermont & Hallerborch violenter eripuit & ademit, de qua re copiosius alibi. Item cum istius Wilhelmi senioris filius Wilhelmus junior, Dux Brunsvicensis cum fratre Frederico pugnaret pro fratribus Comitibus de Hoya, Erico & Joanne contra Osnaburgenses, stabant à partibus Osnaburgensium Comites Spiegelbergici, & feliciter pugnarunt, ideo ex istis constat indiciis tales Comites fuisse celebres & bellicosos Heroes. Quae vel reperi, vel ab aliis accepi, de hoc Comitatu, subjiciam in honorem Inclyti PHILIPPI, Comitis de Lippia & in Spiegelberch ac Pyrs month.

Fuit arx ejus nominis, sita in ceteriori Saxonia ad duo milliaria ab urbe Hamelonia, in vicinia arcis excelsae & oppidi adjacentis Lowenstein/ ubi adhuc in plano vidi locum & sacellum, Spiegelberch dictum ante annos 15. ibi inquam habuit Comes Spiegelbergicus arcem & sedes: interim in monte Lowenstein habuit Dominus in Homborch ex concessione Comitis Spiegelbergici, in ea vicinia ein Jagthaus / castellum venationi adaptatum: Jam vulgo sic refertur, quod Dominus in Homborch vocaverit aliquando in hujusmodi castellum venatorium ad convivium Comitem Spiegelbergicum, cum jam laeti essent, in medio convivio curat Homborgicus occidi Comitem, & interea quoque incendi arcem ejus vicinam Spiegelberch: & hac occasione invalit bona, villas ac agros pertinentes ad Spiegelbergicum Comitatum. Sed Episcopus Hildesimensis susceperat juniores Comites in tutelam, & ejus patrocinio reaedificaverunt castrum Copenbruggum, ac Episcopus ipsis auxilio fuit, ut ablata bona ut plurimum reciperent: ideo hoc castrum Copenbruge cum oppidulo, atque aliquot pagos & decimas, in vicinia arcis Lowenstein/ obtinent, imò adhuc habent jus conferendi parochiam in oppido Lowenstein. Hi Comites habuerunt castrum & praefecturam Osen ad Visurgim, à Comitibus Ebersteniis oppignoratam per aliquot secula, ubi ante arcis illius portam vidi muro infixam insignia Comitum Spiegelbergicorum ante multos annos. Hanc arcem & praefecturam ipsis ademit Ericus senior Dux Brunsvicensis, hujus Erici pater. Quae autem reperi, de his Comitibus subjiciam.

Magdeburgi in campo equestri fuit anno Domini 939. ERNESTUS,

Comes Spiegelbergitus, item Tiguri anno Domini 1165, fuit in campo eques-
tri JODOCUS, Comes in Spiegelberch/ & inter antiquissimos Saxonie
Comites refert etiam Ernestus Brotauffius, in Chronico, vel Genealogia
Anboldinorum Principum, & hos Spiegelbergicos Comites, unde constat eos
esse nobilissimæ & antiquissimæ familiæ Heroes. Ego integram ge-
nealogiam eorum dare nequeo, etsi de ea inquirenda diligenter labo-
raverim, quia temporis injuria & hominum negligentia hoc factum
est: ideo de postremis hujus Inclytæ Genealogiæ Comitibus tantum
dicam & scribam, quantum mihi constat & ego reperi.

MAURITIUS Comes in Spiegelborch (cujus patruus ejusdem
nominis Mauritius fuit Abbas in Corbeja) Præpositus Embriensis, & Ca-
nonicus Colonienfis fuit, Heros doctissimus, poëta, orator, historicus, &
talis qui vehementer laboravit ut puritas latinæ linguæ restitueretur.
Hunc magni fecit Rodolphus Agricola Phrisius, & vivum vivus amavit
& mortuum magno encomio celebravit, & in ejus epicedio cæcit
ipsum, omnes suo tempore Heroes eruditione & multijuga lectione
superasse. Hujus frater erat Joannes Canonicus Colonienfis & Fredericus
fuit tertius frater, quorum pater fuit Philippus & mater erat soror ult-
morum Comitum de Hallermundt ut Wilbrandi, Episcopi Mindensis & Or-
thonis soror, & ex hoc FREDERICO nascitur MAURITIUS, qui ex
Alheida Comitissa de Lippia conjugæ suæ, nullam habuit prolem. JOAN-
NES frater Mauritiæ habuit conjugem N. Comitissam natam de Colmil
& utriusque soror Walpurgis Abbatissa in Gandershem: Joannis filius
erat JOANNES & filia Anna Theodoro de Plessa Domino elocata: JO-
ANNIS hujus conjunx prima erat Pymontana, & cum ea consequitur eum
Comitatum Pymontanum in dotem, deinde altera ei fuit conjunx N. Deih-
holtiana Comitissa, mater FREDERICI, qui ex Honsteniana Comitissa
genuit Mariam, Abbatissam in illustri collegio Assendienfi, & alteram
filiam N. Comiti de Gleichen elocata, PHILIPPUM ultimum male-
lum heredem istius celebris & antiqui Comitatus Spiegelbergici, qui
occubuit in castris atque acie Philippi Hispaniarum Regis, ante urbem
Quintinum in Burgundia anno Domini 1578. in die Laurentii, atque Ca-
meraci in summo templo sepultus est: Hujus Philippi & reliquarum
duarum Matronarum soror erat quoque Ursula adhuc innupta, quæ per
dotalia cum Domina Ursula consequitur utrumque Comitatum Spiegel-
bergicum & Pymontanum, fratre ut diximus Philippo rebus humanis ex-
empta

empto, & absque hæredibus discedente. Hæc URSULA peperit Domino HERMANNO SIMONI duos filios, unum à nativitate sua statim morientem, alterum nomine PHILIPPUM magnanimum & in ipso flore ætatis integrum existentem Heroa, de quo jam, ut virilem ætatem attingente, & mox manum ad gubernacula Regiminis admovente, magna spes est.

STENFURT proprius Comitatus in Westphalia, circa viciniam Comitatus Horstmar/ & est conterminus ditioni Monasteriensis & Comitatus Benthemensis: Stenfurda civitas & castrum splendent hodie. Ego in gratiam & honorem Inclyti & generosissimi Herois Domini ARNOLDI, Comitis in Benthem/ Tecklenborch & Stenfurth/ Domini in Wevelinck/ hove & Nhebe/ quæ de his reperi, subjiciam. REINERUS Dominus vel Comes in Stenfurth fuit Brunsviga anno Domini 996. in campo equestri & BALDUINUS Dominus in Stenfurdt vixit anno Domini 1030. cujus conjunx erat Domini de Uhusen filia: REINARDUS filius vixit anno Domini 1064, ejus conjunx erat filia Horstmarientis Comitis & hujus erat filius LUDOLPHUS (cujus conjunx fuit Tecklenburgica) atque ex eo natus est BALDUINUS cujus uxor fuit Lippiaca Simonis soror, hujus facit mentionem Crantzius in Metropoli libro 8. cap. 52. hujus filius erat Balduinus Episcopus Paderbornensis, qui inter celebres Heroes Germaniæ refertur & hujus meminit Albertus Crantzius libro 9. cap. 26. & hujus frater erat LUDOLPHUS, qui ex Benthemensis Comitissa genuit BALDUINUM, qui ex Sternebergica Comitissa genuit bellicosum BALDUINUM, qui captivum duxit Episcopum Monasteriensem Otthonem de Hoya, bellicosum alioquin Heroa: hujus conjunx erat filia Domini in Gemme/ ex quibus parentibus nascitur unica filia, quæ traditur in matrimonium Comiti Benthemensi ARNOLDO, Bernhar di I. filio & accipit in dotem Comitatum Stenvordensem: ita hic Balduinus fuit ultimas in mascula linea istius familiæ Comitum de Stenfurdt.

STERNEBERCH proprius olim in Westphalia Comitatus, inter Ducatum Erici Ducis Brunsvicensis, & Comitatus Schowenburgensem & Lippiensem situs, cujus insingia erant Rubra Stella: Arcem & ditionem Sternebergicam occupant Lippienses Comites; Arcem Sternebergicam restauravit HERMANNUS SIMON, Comes de Lippia & Spiegelberch/ pater Philippi. Pertinent ab antiquo ad hunc Comitatum: præter arcem & præfecturam Sternebergicam, Barrentorff arx & civitas, itom Alverdisen castrum

strum & oppidum. Dissiderunt olim Lippienses & Schowenbergenses Comites propter hunc Comitatum, quæ res est composita tandem, ut alibi diximus. *Albertus Crantzius* in Metropoli libro 8, cap. 33, meminit **CONRADI**, *Comitis Sternebergici*, qui fuit *Episcopus Magdeburgensis*, & vixit circa annum Domini 1367. *Crantzius* etiam meminit ibidem 10, cap. 22. **SIMONIS** de *Sterneberch Comitis*, *Episcopi Paderbornensis*, & hi duo *Episcopi* fuere fratres ultimi, in ea mascula linea istorum *Sternebergensium* Comitum, *Henrici*, qui ex *Heilwiga Deipholtiana* Comitissa nullam prolem reliquit. Istorum autem trium fratrum Comitum *Sternebergensium*, ut suorum nepotum, nempe ex forore ejus natus fuit tutor **SIMON** *Nobilis Dominus de Lippia*, cujus vidi Sigillatas litteras, quibus nomine istorum Comitum *Sternebergensium*, confirmavit *Eccliam* *Warrentrup* bona aliquot collocata à militaribus de *Willerbeck* / tanquam tutor anno Domini 1317. **HENRICUS** *Comes Sternebergicus* obiit vixit. Nam circa annum Domini 1399. moritur. *Emortuo, distraxit Comitatus* *Sternebergicus*. Nam in illum sibi jus & *Schowenbergi* & *Lippiaci* vendicabant, ideo & **SIMON** avus & **BERNHARDUS** pater atque **SIMON** filius, *Comites Lippienses* multa bella contra *Schowenbergicos* *Comites* gesserunt, in illo bello & dissipatione omnia incendiis & rapinis utrobique vastata sunt. Fuit in eo Comitatu primaria urbs *Bosnckveldia*, cujus ante annos 25. moenia & portas, jam ut audio dirutas, vidi: sed in illo intestino bello sic est ea civitas qualitas, ut fugientibus hominibus spelunca fieret luporum, draconum, serpentum & aliarum ferarum. Sed postquam *Anna Schowenbergica* in matrimonium traderetur **BERNHARDO**, *Simonis Paderbornensis Episcopi* fratri, res est composita ante annos plures quam centum.

STIRMB proprium *Dominium*, quod olim subsuit *Dominio* *Bructhorst* situm inter urbes *Affindiam* & *Düsberg* / & fuit hujus *Dominii* *Stirumb* hactenus dum vixit **HERMANNUS GEORGIUS**, *Comes in Limpurg & Bructhorst* / *Dominus in Stirumb ac Wisch* / possessor, qui reliquit haeredes ex *Maria*, nata *Comitissa de Hoya*, hæc de ea reperio ditione: una filia *Wilhelmi* *Comitis de Limpurg* / elocatur *Comiti in Falckenstein* *Georgio*, cujus filii *Georgius & Wiricus* erant, & *Wiricus* retinet *Bructhorst* & *Georgius* *Stirumb* obtinet, & hic *Georgius* *Comes in Limpurg & Stirumb* / *Dominus in Wisch* per *Armegardam* *Henrici* *Comitis* vel *Dominii* in *Wisch* unicam filiam, demortuo fratre *Joachimo* absque haeredibus.

sibi conthoralem, ex quo natus est *Hermannus Georgius*, cujus sunt liberi, *Jodocus, Joannes, & N. item Metta & Agneza.*

T.

TECKLENBORG. *Albertus Crantzius* meminit Comitum *Tecklenburgensium* admodum sæpe, & quidem honorifice, in *Metropoli* libro 9. cap. 44. libro 7. cap. 15. 21. & 43. libro 8. cap. 52. libro 10. cap. 4. & 48. atque 85. libro 11. cap. 42. & in *Saxonia*, libro 7. cap. 18. & libro 10. cap. 7. fuit olim amplissimus & etiam vetustissimus Comitatus: modo situs inter *Dioeceses Monasteriensem & Osnaburgensem*, & quia *Ducatus Angaria insignia*, tria rubra folia marina gerunt, certum est illos quoque aliquam partem in *Angaria vel Angriaria* obtinuisse. Nam eorum gubernatio se ad *Visurgim usque versus Mindam* extendebat, & eis paruit oppidum *Lubecca* in *diocesi Mindensi*, & in ejus oppidi vicinia extruxerunt Comites *Tecklenburgici* castrum *Neinberg*/ quod eis ademit *Episcopus Mindensis Conradus*, natus Comes de *Deipholte*. Alii dicunt eis quoque paruisse castrum *Rode*: paruerunt etiam eis arces *Bebergerne & Cloppenburg*/ item oppida, *Neine/ Haselunda, Loninga, Bebergerne/ Oita & Cloppenburg*/ & omnes has arces & oppida ademit *NICOLAO*, Comiti in *Tecklenborg*/ *Episcopus Monasteriensis OTTO*, Comes *Hoyensis*: item habuerunt prope *Quackenbruggen* arcem, dictam *Arckenow*/ cui subdita erat urbs *Essena*, sed cum inter fratres *Tecklenburgicos*, alterum *Episcopum Osnaburgensem*, & alterum gubernatorem patriæ, coereretur bellum, est & arx *Arckenow & urbs Essena* destructa, ex cujus ruderibus extructa est civitas *Quackenbruggum*: item Comites *Tecklenburgici* habuerunt castrum cum multis pertinentiis ad milliare situm ab urbe *Osnaburga*, dictum *Bordeborg* vel alias *Bordinchhausen*/ quod cum omnibus bonis & villis, sylvis, agris & pratis contulerunt cænobio in *Dejede*: habuerunt aliquando in possessione *Sborg* arcem, ditionis *Osnaburgensis*. Deinde in Comitatu *Ravensburgico*, sub castro *Ravensborg* prope pagum *Bersmel*/ habuerunt arcem *Hastelbecke*/ cum suis pertinentiis: Et habuerunt olim hi Comites multum juris in urbibus *Monasterio & Osnaburga*: *Monasterii* erat eis una aliqua porta civitatis propria, & nihil audebant cives vendere in foro, quin ex singulis portionem Comiti assignarent, darum seyn zu Münster die Hogen auf dem Marckte gebauet. Hæc ut in gratiam & honorem Illustris & Inclyti Comitis ac Domini Da. **ARNOLDI Benthemensis** & Stein-

Steinwardensis, Domini in *Wewelschowe / Lingen ac Rheden* scripsi, sic
plura in favorem istius Herois de his Comitibus dicturus sum, & deinde
pulchram celebrium Comitum Tecklenburgensium genealogiam
subjiciam. *Hi Comites habuerunt olim imperium usque ad mare*, propterea
anchoram in insignibus gerunt, & existimant nonnulli, quod tunc mare
jam procul exundaverit, usque ad ditionem *Paderbornensem & Co-*
mitatum Lippiae, ibi in terminis utriusque ditionis est locus vastus,
dictus die *Senne* / quasi *der See Ende*. Hinc esse ajunt quidam, quod
ad mare Tecklenburgici Comites habitaverint: alii existimant
insigne eis provenire, quod fuerint veri hæredes *Comitatus Suerin-*

Est horum Comitum cum Aldenburgicorum prosapia, familiaris-
quissima, quæ tempore *Wedekindi Regis Saxonia, Westphaliae & Angria-*
ria extitit, & numeratur etiam ab *Ernesto Broruffio Comes Tecklen-*
burgicus, qui tempore *Caroli Magni* extiterit. Hæc est genealogia
istorum Comitum, quam reverenter inscribo & assigno Magnanimo
Heroi & prædicto Comiti Dn. ARNOLDO, Comiti Tecklenburgico, &
magno labore ac opera observavi, multoque tempore congesti, com-
probatum aliquando à Domino D. *Hermanno Husekeno, Cancellario Osna-*
burgense. *COBBO Comes Tecklenburgensis*, vixit tempore *Lodovici*
Pii (*Caroli magni filii*) & habuit cum *Episcopo Osnaburgensi* contro-
versiam: hujus filius erat *ALBO*, testibus aliquot manuscryptis *Chro-*
nicis, huic succedit filius *HERMANNUS*, qui genuit *WILHELMUM*,
se in campo equestri *Magdeburgi* exercentem, anno Domini 999, &
hujus erat filius *HERMANNUS*, ex quo natus est *REINERUS*, qui fuit in
campo equestri *Gottinga* anno Domini 1119. celebrato, hujus uxor erat
Albeida. Hujus liberi erant tres, *ALBERTUS*, qui fuit in campo equestri
Tiguri, anno Domini 1165. *HENRICUS* qui fuit *Colonia* in campo equestri
anno 1179. *THEODORICUS*, qui vixit anno Domini 1150. & ex *Cunegunda*
uxore *SIMONEM* genuit, qui stetit à partibus *Episcopi Colonienfis*, con-
tra *Henricum Leonem* *Potentiss. Principem ac Electorem*; à quo est
captus & ab eo tempore ejus castra sequitur: hic ex conjugē *Elisa-*
genuit *Lodolphum* *Episcopum Monasteriensem*, qui diu vixit, & *SIMONEM*
opem ferenti *Ottoni IV. Casari*, *Henrici Leonis filio*, anno Domini 1207.
atque tandem *Ravensburgicis Comitibus* bellum inferentem, in qua
pugna perit anno Dn. 1207. Hujus ex *Arnsbergica* *Domina* filii erant
Engelbertus *Episcopus Osnaburgensis*, & *OTTO*, & coorta magna inter
fratres controversia, ut dum *Episcopo* fratri inferret bellum *OTTO*
Co.

Comes, & ei adhæreret *Wigboldus*, Dominus in *Dyssen* / perierit *Wigboldus* & impetrata victoria *Engelbertus* multum damni intulerit fratri *Ottoni*, multaque ei demolitus sit. Hos dissidentes fratres patrius eorum Episcopus *Monasteriensis Ludolphus* reconciliando composuit. *OTTO*, qui vixit anno Dn. 1236. habuit conjugem, filiam *Burggraviæ de Stromborg* / & hujus erat filius *SIMON*, cujus uxor erat Comitissa *Lippiensis*, & factus est pro affine Comite *Lippiensi Simone* cum aliis Comitibus obses *Osnaburgensibus* anno Dn. 1305. Hujus erat filius *NICOLAUS*, qui anno Dn. 1330. intulit bellum *Osnaburgensibus*, & habuit duas conjuges, unam *Deipholicam* & deinde *Benthemicam*. Hujus filius *OTTO* habuit conjugem *Spiegelbergicam*, & vixit anno Dn. 1360. hujus filia erat *ultimi Burggraviæ de Stromborg Burchardi*, quem alii *Joannem* appellant, conjux, & filius *NICOLAUS*, qui se suo parenti opponit, & propterea à Domino punitur, quia huic Episcopus *Monasteriensis Otto*, natus Comes *de Hoya*, ademitt castra *Bevergerne & Cloppenburg* / cum paulo ante magno labore subegisset *Phrisios Soilerios & Schnaffios* eosque *Præfecturæ Cloppenburg* subjecisset: hic duas habuit conjuges unam *Morsensem*, quæ ei peperit *Annam, Wilhelmi Ducis Montensis & Comitæ Ravensburgici* conjugem, & *Richardam Comitæ in Delmenhorst Ottonis* conthoralem: deinde altera *Nicolao* fuit conjunx *Hoyensis*, quæ peperit *Ottonem* Comitem & *Alheidam Gerhardi Comitæ Oldenburgici* conjugem atque *Nicolaum*, qui fratres diviserunt inter se Comitatus, ut alter in *Tecklenborg* & alter in *Singen* moraretur: *Ottonis conjunx* erat *Brunckhorstiana* absque hæredibus, & *Nicolai conjunx* erat *Alheida Plessia*, quæ moritur anno Dn. 1442. hic ante castrum *Rheden* Comitem *Lippiensem Bernhardum* in fugam profligavit, ejus castra incendit & ipse aliquot nobiles vel militares cepit: *Nicolai* erant filii *Otto, Nicolaus*, qui invito fratre duxit *Elizabetham* Comitissam de *Mörse* / sed caruit hæredibus, *Otto* duxit *Armegardam* Comitissam de *Ritberg* / *Joannis* filiam, *Conradi* Episcopi *Monasteriensis & Osnaburgensis* ex fratre nepotem, *Ottonis* sororem, quæ marito peperit *Catharinam* Abbatissam in illustri collegio *Affindensi*, N. filiam, *Præpositum in Borchorst* / *Ottonem* *Præpositum* in Collegio *Osnaburgensi ad S. Joannem*, *Nicolaum* in castris *Christophari Oldenburgici* Comitæ, in *Dania* militantem & occumbentem in prælio commisso auf dem *Dehsenbrincke* / anno Domini 1534. & *CONRADUM* gubernatorem patriæ, qui sibi duxit uxorem *Christinam*, natam *Hassia Landgraviam*, quæ *Conrado* unicam peperit filiam nomine *Annam*,

quæ est elocata *Evervino Comiti in Benthem* & ei adfert in dotem Comitatum *Tecklenburgicum*, & Dominium in *Rheden*: & ex ea *Evervino* genuit *ARNOLDUM*, hodiernum Comitem & gubernatorem quinque ditionum ut *Benthemensis*, *Tecklenburgici* & *Stenvordiani* Comitatum, atque Dominiorum *Wevelinckhove* & *Rhede*. *WEVELINCKHOVE* est Dominium prope urbem *Novesium* ultra *Rhenum*, & fuit aliquando Episcopus *Monasteriensis Florentius de Wevelinckhove* / qui ad *Trajectensem* Episcopatum translatus est: & legimus in historiis & antiquis monumentis, quod Monasterium præmonstratenſis ordinis *Landwardor* prope *Grevenborg* in nemore *Nobiles milites* & Domini de *Wevelinckhove* *Christianus* & *Albeco* filius fundaverunt anno Domini 1145. hoc quoque in honorem istius Herois obiter indicare volui & alibi videbatur litera *G. de Gemme* / diximus quoque de Dominio *Wevelinckhove*. Est quoque moderno Comiti *ARNOLDO* soror ex *Anna Tecklenburgica* uxor *Wolpurgis*, *Hermanni Comiti de Wedda* elocata. *ARNOLDUS* Comes *Benthemensis*, *Tecklenburgensis* & *Stenvordiensis*, Dominus in *Wevelinckhove* ac *Rheden* / duxit conjugem *Magdalenam*, Comitis *Adolphi de Neuvenar* / *Mörse* & *Limpurg* / Domini in *Alpen* & *Lingen* sororem, ac ex ea genuit *Evervinum*, *Weirichum* & *Adolphum* filios, *Annam* filiam & plures. Christus det Nobilissimo parenti & filii generosis gratiam.

W.

WALDECH, Comitatus vetus & antiquus isque amplius, fundatus *Landgravii Hassie*, vicinus *Hassie* & veteri Ducatus *Angarie* & *Westphalie* ditioni, quæ modo paret *Coloniensi* Elektoris & ea aliquando *Lothario Casari*, *Henrico Superbo* & deinde *Henrico Leoni* paruit, & alibi etiam hic Comitatus attingit *Paderbornensem* diocelſum. Est quidem aliud Dominium ejusdem nominis *Waldech* sub amplissimo Comitatu *Beldens* ad locum *Hundesrück* / prope *Trarbach* / è regione oppidi *Bacherach* / & alibi quoque appellantur Domini de *Waldech*. Nam in Comitibus *Augustanis* anno Dn. 1566. fuere *Wolfgangus* & *Theodericus de Meyelreit* / Domini de *Waldech*. Fuere quoque equites aurati, in aliquot campis equestribus ejusdem nominis, ut *Merspurgi* anno Dn. 968. *Sigismundus* eques de *Waldech*; item *Augusta* anno Dn. 1082. Sed hic nos loquimur de antiquis his Comitibus *Westphalie*, & quæ de ipsis reperi, in honorem Illustrium Comitum & Nobilissimorum Dominorum, Dn. *Guntheri*, Dn. *Francisci*, Dn. *Josie*, Dn. *Bernhardi* &

& Dn. VOLRADI, Comitum de Waldech / subjiciam & postea annectam ipsam genealogiam. *Schrovinfurti* fuit in campis equestribus *Wolfgangus Comes in Waldech* anno Dn. 1296. item anno 1311. *Ravensburgii*: & anno Domini 1380. vixit **FREDERICUS** Comes de Waldech & fuit in campo equestri *Schaffenhussi* anno 1392. Et **PHILIPPUS** Comes Waldechianus fuit in campo equestri Darmstadii anno Dn. 1403. Fit horum Comitum mentio apud *Crantzium* in Metropoli libro 7. c. 9. ubi dicitur de *Wedekindo* Comite Waldechiano, sicut etiam fit libro eodem cap. 28. ejus mentio tanquam advocati Ecclesiae Paderbornensis, & fit ibidem etiam *Hermani* Comitis de Waldegge (sic enim eos scribit *Crantzius*) mentio: istius prioris *Wedekindi* filius fuit sine dubio ejusdem nominis dictus *Wedekindus*, Episcopus Osnaburgensis, ejus honorificam facit *Crantzius* mentionem libro 8. in Metropoli cap. 7. avum vel patrem *Wedekindum* Comitem Waldechianum, tenuit cum *Simone* Comite Tecklenburgico captivum *Henricus Leo*, teste *Gobeline* *Persona* in *Cosmodromio* suo: Et in *Chronico Osnaburgensi* legitur, quod *Gerhardus de Lippia*, Episcopus Osnaburgensis contulerit in feudum aliquot bona, Comitibus de Waldech anno Domini 1193. Et legitur in historiis, quod quidam Waldechianus Comes stetit a partibus Episcopi Monasteriensis, *Conradi de Berga*, contra *Lodovicum Osnaburg.* Praesulem anno Dn. 1308. Facit etiam *Crantzius* in Metropoli mentionem libro 9. cap. 5. *Henrici Comitis Waldechiani*, cujus filius quoque *Henricus* est dictus, circa annum Domini 1385. & in eodem libro cap. 19. dicitur de *Godefrido* Episcopo *Mindensi*, qui arcem & praefecturam *Petershagen* extruxit, cui modo adjacet oppidum. *Leovoldus a Nordhoff* in *Chronico Comitum de Marcka* dicit, anno Dn. 1300. electum fuisse Episcopum Leodiensem *Adolphum Comitem de Woldegge* / qui fuit in ordine 44. ibidem Episcopus. Ideo est admodum antiqua horum Comitum familia. Ego integram genealogiam horum Comitum aliquoties reverenter petii ab illustri, generoso, doctrina, virtute ac pietate excellenti Heroe Domino *Eubulo* vel *Volrado* seniore, Comite Waldechiano, patre patriae, & nutritore Ecclesiae DEI, patrono verorum Evangelii ministrorum, cum me semel dignitatus esset in clientulorum suorum numerum recipere, & ejus quidem animus erat voluntate promptissimus, ut mihi absolutam aliquam Genealogiam & historiam sui veteris & Nobilissimi Stemmatibus communicasset, nisi morbus diutinus isque gravis, quo diu bonus Heros conflabatur, intervenisset; interim *Justinianus Nellius* ejusdem Vol-

radi senioris Comitis *Secretarius* industrius (cujus pater mihi probe notus erat, ejusdem Comitis *Cancellarius* nomine *Hermannus Nelling Sperans*) per suum affinem *M. Georgium Nymphium* reverendum Ecclesiasten Corbacensem, fragmentum aliquot Genealogiae illustrum de *Waldecke* Comitum misit: quam missam Genealogiam contuli cum ea, quam ego hinc inde collegeram & observaveram. Eam in gratiam praedictorum Generosissimorum Heroum subijciam.

VOLCKQUINUS Comes in *Waldeck* genuit ADOLPHUM & GOTFRIDUM, ex ADOLPHO nascitur OTTO, cujus conjunx erat *Sophia, Landgravia Hassiae*, hic genuit ADOLPHUM II. & *Lodovicum* Episcopum Bremensem & HENRICUM, cujus uxor erat *Alceida* Comitissa *Clivia*, quae marito Henrico Comiti peperit THEODORUM, *Henricum II.* Canonicum Colonensem & OTTHONEM II. cujus conjunx erat *Mechtildis, Landgravia Hassiae*, ex qua genuit OTTHONEM III. cui erat conjunx *Mechtildis Ducissa Lunenburgica*, quae peperit Nobili marito HENRICUM III. qui habuit conthoralem *Elizabetham* Comitissam *de Monte vel de Berga*, ex quibus conjugibus nascuntur HENRICUS IV. & ADOLPHUS III. qui amplissimum de *Waldeck* Comitatum dividebant: *Adolphi* uxor erat *Agnesa* Comitissa *de Stuegenhem* his erat filius OTTO IV. Comes, qui ex *Anna* Comitissa *Altenburgica*, Comititis Mauriti filia, genuit OTTHONEM V. cui erant duae conjuges, una *de nova Aquila* vel *Nenvenaria*, altera *Tecklenburgica* Comitissa & neutra ex eo peperit. HENRICUS autem quartus *Adolphi III.* frater duxit conjugem *Margaretham*, Comitissam *de Nassau* & genuit VOLRADUM I. cujus conjunx erat *N. Comitissa de Wertheim* & is habuit duos filios uno nomine PHILIPPI appellatos, Philippum majorem, & Philippum juniorem, qui rursus dividerunt amplissimum Comitatum. Ideo Philippi senioris Genealogiam primo persequar, & deinde junioris Philippi subijciam.

SENIOR PHILIPPUS fuit Ducis *Wilhelmi Juliacensis & Montensis* ac *Comitis Ravensburgici* (hujus *Wilhelmi Juliacensis & Clivensis Ducis* avi materni) *Vicarius*, vel *locumtenens* in Comitatu *Ravensburgico*, possessor *Domini in Blote* & scribunt nonnulli, quod prima ejus uxor fuerit *Catharina Domina de Quersurth*, sed erat nata Comitissa *de Solms*, quae ei peperit PHILIPPUM III. secunda ejus conjunx erat *N. Comitissa de Këlveringe* ex qua genuit *Franciscum Monasteriensem Episcopum, Administratorem Osnaburgensem & Mindensem*, turbatorem *Anabaptisticae* factio-

factionis & furentium Corybantum profligatorem, quam animosè extirpavit in Westphalia, expugnata urbe Monasteriensi anno Dn. 1535. huic ego ante annos 32. Latinis orationibus Synodalibus habendis, intersivi. PHILIPPUS III. *Francisci Episcopi frater*, habuit duas conjuges, priorem *Alheidam Comitis Hoyensis Otthonis filiam*, quæ ei peperit OTTHONEM *Balivum vel Commendatorem in Lage* (ubi etiam est mortuus, & ei elegans Epitaphium frater *Eubulus* scripsit) *Anastasiam Catharinam* cuidam Domini de Melan elocata, *Ericam* cuidam Comiti de *Manderschitt* desponsatam, & VOLRADUM II. Comitem doctissimum humanissimum & pientissimum, qui fuit unus inter præfides colloquii *Imperialis Ratisponæ* celebrati, anno Domini 1546. & antequam perveniam ad secundum *Philippum III.* qui erat frater Episcopi *Francisci*, *matrimonium*, volumus hujus Volradi filios recensere: VOLRADUS II. *sive Eubulus*, duxit conjugem *Anastasiam* Comitissam *Schwarzburgicam*, *Henrici* Comitis filiam, & ex ea genuit *Catharinam* (quam ambibat *Fredericus Comes de Hoya*, & si ei longior vita contigisset, in uxorem duxisset) *Franciscum III.* maturius morientem, *Elizabetham* mortuam, *Henricum Wilhel mum* mortuam, *Honoriam* vel *Annã Ericam*, *Alheidam Walpurgim* mortuam, *Futam*, *Amiliam* mortuam, *Magdalenã Luciam*, JOSIAM Inclytum Comitem & succedentem patri optimo in gubernatione, & VOLRADUM III. studiis & literis addictum atque parentem re & nomine referentem: JOSLE desponsata est *Comitissa de Barbi N.*

PHILIPPUS III. *Francisci Episcopi frater*, mortua priori conjugè, applicuit animum ad secundum conjugium, & reduxit in uxorem *Annam Ducissam Clivensem*, *Joannis sororem* & hujus Ducis *Wilhelmi amitam*, quæ ei peperit PHILIPPUM V. *Canonicum Moguntinum & Argentinum*, superiori anno adhuc superstitem, *Joannem & Franciscum II.* qui ex filia Nobilis viri *Joannis Gogrevii, Ducis Fuliacensis & Montensis Cancellarii* unica, quæ ei erat conjunx, nullam sustulit prolem, *Catharinam* elocata Dn. *Bernhardo Comiti Lippiensi*, atque *Elizabetham* maturius mortuam.

JOANNES I. *Philippi III. ex Anna Clivensi secundus filius*, duxit conjugem *Annam* natam *Comitissam de Lippia, sororem Bernardi & Hermanni Simonis Comitum*, filiam *Comitis Simonis*, quæ ei peperit *Philippum VI. Canonicum Argentinensem* mortuum, FRANCISCUM IV. gubernatorem patriæ, *Simonem & Joannem* mortuos, *Agnezam Guntheri Comitis Waldechiani* conjugem, *Anastasiam* uxorem *Frederici Comitis*

Deip-

Deipholtiuni, Margaretham, & Bernhardum Canonicum Colonienſem & Argentinum.

Hactenus differui de Genealogia PHILIPPI I. vel ſenioris: jam quoque ſubjiciemus poſteritatem PHILIPPI II. vel junioris, ſicut præmiſſum eſt. Nam uterque Philippus fuit Volradi I. filius: PHILIPPI II. conjunx erat N. Comitiffa de Naſſau & Diſſenberg/ & obtinuit dimidium Comitatum, & genuit HENRICUM V. qui ex *Anaſtaſia Iſenbergica* Comitiffa genuit *Wilhelmum* Canonicum Colonienſem, & PHILIPPUM IV. eod. ordine tres erant conjuges: prima *Margaretha Orientalis* Porſa Comitiffa, Ezardi I. filia, & Ennonis II. ſoror, ſecunda erat ex Nobili Equitum de Daſſelſte orta, tertia *Futta* vel *Guda* nata Comitiffa de *Spreberg*/ & genuit hos liberos, *Elizabetham Reinardi* Comitiffa *Iſenbergica* conjugem, SAMUELEM (qui ex conjuge *Anna Maria* nata Comitiffa *Schwartzburgica*, genuit GÜNTHERUM, cui elocata eſt in conjugem *Agneza Waldechiana*, Joannis I. Comitiffa filia & ſoror Franciſci IV. & Bernhaldi Comitum, & *Margaretham Guntheri* ſororem, & ea mortuam duxit *Margaretham* Comitiffam de *Gleichen*) DANIELEM, cui erat conthoralis *Barbara*, nata *Landgravia Haſſia* & *reliſta vidua Georgii Principis in Wirtemberg & Mumpelgarten/ Margaretam* mortuam, Henricum VII. (cui conjunx erat *Anna* unica filia Nobilis viri *Hermannni de Vermunde/ Vicarii & Satrapæ* Ditionalis in *Diaceſi Paderbornenſi*) *Anaſtaſiam*, *Fredericum* defunctum, *Magdalenam* mortuam, & filiam N. Comitiffa *Frederico de Hane* elocatam.

Hic Comitatus eſt certe ampliffimus, qui ſub ſe complectitur multas *Præfecturas, arces, urbes & oppida*, ut *Corbachium, Iſenberg/ Landau/ Waldeck/ Raden/ Arholtzen/ Wettersborg/ Wildungen/ Hoinſcheit/ Wolſt-rinckhauſen/ Neuborg/ Nitze/ Verich/ Sarenhauſen/ Sarenberg/ Frieſen-hagen/ Mengerinckhauſen/ Byllinckhauſen/ Eilhauſen & Rülte*.

WAERBERG Baronatus, vel Dominium in Ducatu Brunſwicenſi, anno Domini 968. fuit in campo equeſtri *Merſepurgi*, ARNOLDUS Dominus in *Waerberg*, *Cranzius* in *Metropoli* libro II. cap. 8. meminit *Episcopi Halberſtadenſis Henrici*, qui fuit Comes in *Waerberg*/ & cap. 12. meminit *Orthonis Baronis in Waerberg*/ & cap. 35. recordatur *Burchardi Episcopi Halberſtadenſis*, nati Domini de *Waerberg* qui vixit anno Domini 1275. Lego in *annalibus Raſtedenſis Monafterii & in Chronico Alden-burgenſium Comitum*, quod Nobilis Dominus *Conradus de Waerdenborg* fuit.

fuert. Jam quidem in hoc Comitatu est pagus dictus *Wardenborg* / nec mihi persuadeo istuc extitisse proprium Dominium. Ex Nobili Baro- num familia *Waerpurgensium* Dominorum nostro tempore superfuere *Christoferus* mortuus & *Antonius* ejus frater, & uterque est natus ex Comitissa in *Wunstorff* *Magdalena*, *Ludolphi* filia & *Georgii* ultimi Comitis *Wunstor- piani* sorore. Baro ANTONIUS duxit conjugem ex Nobili de *Beltent* familia, quæ ei peperit *Henricum* & *Joannem* atque tres filias N. N. N.

WISCH proprium Dominium in terminis Ducatus *Geldria* ab hac parte *Rheni* in *Westphalia* prope Dominium in *Borchlo* / quorum *Genea- logiam* hanc reperio :

HENRICUS Dominus in *Wisch* habuit conjugem *Walpurgim*, *Comi- tissam* natam de *Berga* prope *Embricam*, & ex his nati sunt *Joachimus*, qui ducta conjugem *Neuvenaria* Comitissa, tamen hæredes non reliquit, & *Arme-gardis*, quæ primo nupsit *Scheffero* *Weyroth* / deinde *Georgio* Comiti in *Limpurg* & Domino in *Stirmb* / qui per hujusmodi conjugium fit Dominus quoque in *Wisch* / ex *Arme-garda* nascitur *Georgio* *Hermannus* *Georgius*, factus Comes in *Brunchhorst* / qui ex conjugem sua *Maria* *Comi- tissa* *Hoyensi*, filia *Jodoci* & sorore *Alberti*, *Erici* & *Othonis* Comitum, genuit *JODOCUM*, *JOANNEM* & N. N. N. filios & filias.

WITMUNDE, proprium in *Phrisia Orientali* Dominium, cujus ulti- mus hæres *CAPITANEUS* in *Witmunde* / dum graviter decumberet & careret hæredibus, vocavit ad se *Thannonem*, *Edonis* *Wimnefen* pa- trem, *Capitaneum* in *Zeyer*, ut illum faceret sibi hæredem, sed illo moras neſtente, venit clam & astute ad eum, *Thanno* *Capitaneus* in *Stedesdorf* / qui erat *Heronis* frater, qui occupavit hoc Dominium & castrum, atque possedit : ita *SIBBO* Dominus terra *Harlingia*, quoque obtinens illud castrum & Dominium, egit apud *Papam Romanum* & *Imperatorem*, ut per utriusque concessionem pro se & suis posteris obtineret hoc Dominium, sic ad suos hæredes & ita ad *Comites* *Ritbergicos* per venit hæc arx & Dominium, cujus possessionem hodie sibi vindicat *ENNO* III. Comes *Orientalis Phrisia* & in *Ritberg* / Dominus in *Esens* & *Witmunde* / cum sua Nobilissima conjugem *Dn. Walpurgi* nata *Comitissa* de *Ritberga*, *Domina* in *Esens* / *Stedesdorff* & *Witmunde*.

Z.

ZUTPHANIA est civitas & proprius Comitatus, ab hac parte Rheni in
 vicinia Ducatus Geldriae, de quo dicemus, quando Geldricorum
 Ducum Genealogiam daturi sumus: quia *ultimi Comitis Zutpha-*
nienfis WICHMANNI filiam unicam duxit OTTO, Comes in Gyldeken / natus
Comes in Nassau / qui etiam cum unica Dn. VICHARDI III. Comitis Gyl-
deren / Albeida filia priore sua conjuge venerat in possessionem ditionis Gel-
drice, sicut hæc recitat Clarissimus historicus Gerhardus Noviomagus
deinde Petrus Merseus Cratopolis in catalogo Colonienfium Præfatus
 dicit de *Irmegarde* Comitis Zutphaniæ filia, quæ peregrinationibus
 ad loca sancta se totam dedit circa annum Domini

1270.



Autor & Collector Lectori salutem.

SCias lector nos post hunc librum proximè daturus SECUNDUM de
 Genealogiis Ducum & Principum in Inferiori Saxonia & West-
 phalia, deinde TERTIUM, continentem Genealogias Clivensium, Gel-
 driensium, Juliensium vel imprimis Montensium Ducum, ac Comi-
 tum de Marcka & Ravensborg / postea QUARTUM dabimus de iis Princi-
 patibus vel Comitibus Saxoniae, et Westphaliæ & Dominiis, quorum
 jus ad alios Principes & ditiones eorum cum titulis derivatum est, & ex
 quibus nulli amplius tituli extant: In QUINTO libro dicemus de parvis
 passim Dominiis vel Subdominiis Saxoniae & Westphaliæ, annexa de-
 scriptione veteris Westphaliæ & Angrivariæ, (quia utraque duplex
 olim fuit) postremo in SEXTO libro acturi sumus de iis Dominiis, Comi-
 tatibus, & castris, quæ ad Episcoporum diæceses, exclusis veteri
 hæredibus, translata sunt in Saxonia & in Westphalia
 & Angrivaria.

LIBER SECUNDUS,
DE
DUCUM
ET
PRINCIPUM
SAXONIÆ INFERIORIS,
atque WESTPHALIÆ,
GENEALOGIIS ET FAMILIIS,
Ubi etiam obiter illorum res præclare gestæ
notantur interdum,

AUTORE
HERMANNO HAMELMANNO, Licent. Theol.
& hoc tempore Superintendente Ecclesiarum in Comitatu
Aldenburgico & vicinarum.

Anno 1582.

Hhh

Poten-

Potentissimi & Incltyti Daniae, Norwegiae, Gothorum &
Vandalorum Regis, excellentissimi
Monarchae

Domini FREDERICI II.

Filio & successori Serenissimo Domino

CHRISTIANO IV.

Regi Electo & per Daniam & Norwegiam designato,
ac illustrissimo Duci Schleswicensi, Holsatiae, Stormariae
& Dithmarsiae, Comiti in Alttenborg & Delmenhorst
Heroi maximae spei & Regiae indolis,
S. D. in Christo.

Legimus in sacris literis & historiis Biblicis, quod non solum diligenter
Genealogia Christi à duobus Evangelistis describatur, sed quod etiam
Moses seriem & Genealogiam Abrahamae recenseat, imo non solum ipsius
parentis, sed quoque filii nepotis & pronepotum videlicet duodecim Patriarcha-
rum nomina, & illorum familias passim diligenter exprimat & describat:
deinde cognoscimus ex libro Judicum, quae sit series ac successio Judicum &
Principum in populo Israël, quia & ibi familia eorum exprimitur. Suc-
cessio quoque Davidis Regis, ejusque Genealogia & origo prolixè descripta
est in libris Ruth, primo & secundo Samuelis atque in libro primo Regum &
Chronicorum: Sicut etiam in utroque libro Regum & Chronicorum, omnium
jam in Israël quam in Juda Regum, ordo, successio, familia, & origo se-
traditur: nec temere praeteritur. Imo in historiis Ecclesiasticis & sacris
etiam Constantini Magni familia, hoc est parentis, filiorum & pronepo-
rum, ut Galli, Juliani, atque affinis Licinii, expresse recensetur, sicut etiam
aliorum Monarcharum parentes, filii & successores traduntur ut Valentinia-
ni, Theodosii & similium: Et sicut ordinem & seriem successionis Episco-
porum in Ecclesia conservari continuo voluit Deus, sic quoque seriem & succe-
sionem Imperatorum & Regum in historiis continuari voluit, ut exiat etiam apud
Saxonem Grammaticum Roschildensis Ecclesiae praepositum, Helmoldum,
Pre-

Presbyterum & Albertum Crantziū, Decanum Hamburgensem, in Dania, atque in scriptis Joannis Bocerī, Licentiati, certa successio & series Regum Daniæ.

Cum igitur hæc ita se habeant, & Deus sit Deus ordinis, & non confusionis, semper mirabiliter pro sua clementissima misericordia & miranda bonitate efficit quoque, ut sic Ordo Principum & gubernatorum in societate humana esset, qui in his terris alios homines doceant, regant & defendant, & illorum Principum ac Heroum sibi in ordine succedentium familiam, propagationem & conservationem in tanta confusione humani generis existere & ex singulari Dei providentia conservari certum est: Quando ergo superiori, hoc est, libro primo, vetus stemma illustrium Comitum & Baronum, qui adhuc cum titulis suis existunt & suas antiquas ditiones possident in Saxonia inferiori, in Angri-varia & Westphalia, atque Genealogias certas addita nonnunquam rerum à quibusdam gestarum historia, dederim, & eam V. Serenitatis parenti, Regi excellentissimo, atque Monarchæ longe potentissimo, reverenter & omni animi subjectione inscripserim, decuit etiam meam exilem personam, istius laudatissimi Regis lectissimum filium & novum Regem designatum non præterire: Volui ita, Serenissime Rex designitate, hunc librum V. Serenissima Majestati (que jam non solum in successionem paternorum & avitorum Regnorum, etiam ex Invictissimi Patris Regis judicio à Proceribus suscepta, sed quasi in adjutorium viri & adhuc florentis parentis Regis Inclyti vocata & assumpta est, subjeclissime dedicare humiliterque offerre: ad quam me præter eam, quam modo recitavi, plurima movent causa: primo quod V. Serenissima Majestas non solum in primo libro, vestro augustissimo parenti Regi, inscripto, leget veterum Comitum Altenburgensium, ex quibus vestrum Regium stemma derivatum est, Genealogiam & aliquot acta, & quomodo istorum celebrium Comitum Altenburgensium, seriem & stipitem deduxerim, usque ad hos meos Inclytos & illustres Comites Dominum Joannem & Dominum Antonium, Comites Altenburgicos & Delmenhorstanos, sed etiam in hoc libro, qui jam ad te designatum Regem mittitur, aliquam seriem Principum Holsatiæ & præstantissimorum V. Seren. Majorum ac Heroum in vestris hæreditariis Regionibus gubernantium, stemma aliquod & Genealogiam, quando hic de Ducibus Holsatiæ scribo, V. Seren. propositam, considerare poterit, quoniam ibi etiam V. Seren. Regiam successionem & stipitem ad V. Seren. usque deduco: Secundo quod similiter V. Serenitas hic illustrissimam materni stemmatis propagationem, quam hic refero de Ducibus Megapolensibus, intueri poterit: tertio quod hic quoque eadem, aviæ paternæ, quæ erat ex Ducibus inferioris Saxoniæ,

niæ, Angriuariæ & Westphaliæ Clarissimis nata & orta scelerem Genealogiam diversis hujus libri locis insertam cognoscat, & istius vestra avia matris, hoc est, proavia Serenitatis vestra, quod est Brunsvicensium & Lunsburgensium Ducum, stemma hic descriptum habeat, quarto quod juniores Heroes atque Regum filii, aliorum Regum & Principum rebus gestis & antiquis familiis delectentur, & non sine voluptate talia legant scripta, que vel ipsorum Majorum aut propinquorum res gestas & stirpem continent vel referant. Quinto cum ipsa experientia dicat, juniores Principes ac Regum Majorum exemplis vehementer ad virtutem excitari, sic in hoc libro volumi V. suos laudatissimos Majores imitandos proponere, ut illorum rebus gestis, ad res quoque magnas perficiendas instigetur.

Cujus rei domesticum exemplum ex vestra Regia familia subjiciam. Accipimus enim ex fide dignis hominibus & probatis testibus, quod quando potentissimus Cesar, Carolus V. ingrederetur semel Moguntiam urbem, saluturis Electorem Moguntinum & Cardinalem Alberum, V. Majest. proaviam fratrem, splendide fuerit ibidem exceptus à Metropolitano Capitulo, & postquam Casarem pro dignitate; convivio tali Monarcha digno, tractasset, jussisset Imperator atque in mandatis dederat suo ex sorore nepoti lectissimo Principi Juveni Dn. Joanni, Christiani II. Danorum Registunc Capitei filio (quem in sua aula Cesar curaverat diligenter latinis literis erudiri & ad virtutem, historiæ lectionem, ad quam eum assuefecerat; institui) in Decano & Capitulo Metropolitano nomine Casaris avunculi sui gratias agere, & propensum erga eos animum latinè significaret: Id quidem in sermone Regius Juvenis, & tam splendide, tam compe & tam eruditè orationem latinam nomine avunculi Casaris pertexerat, ut omnes aulici, & ipsi etiam Heroes ac Nobiles cum Doctoribus & consiliariis atque adeo ipse Imperator, tam eruditam promptitudinem dicendi in Juvene Principe mirati essent: Interim Capitulares obstupefacti ad tanti Ducis Juvenis suaviloquentiam & extemporalem orationem latinam, obmutuerant omnes, & nemo ex istis clericis tam peritus inveniebatur, qui vel hiscere, nedum idoneo sermone in Latina lingua respondere, tam præstanti Regia Indolis Heroi, Dn. Joanni Duce Schlesvicensi & Holsatiæ, qui postea in aula avunculi sui Casaris morituro, potuisset.

Itaque ego senex V. Ser. Majest. ab exemplis Majorum reverenter moneo ut juxta mandatum Psalm. 2. Erudimini, qui judicatis terram, in hac sua Regia Adolescentia se sinat erudiri & probe literarum cultu imbui.

Esti vero libellus hic sit tenuior, quam ut deberet V. Serem. Majest. offerri.

tamen hic non obterniones sed ipsam materiam Regibus & Principibus viris vere convenientem, qua hic tractatur, Clementissime considerabit, atque piam voluntatem auctoris non improbat. Habet V. Ser. domesticum exemplar in fortissimo Rege & invictissimo Monarcha patre suo, habet V. Ser. Illustrissimam matrem vestra Regia Adolescentia informatricem piissimam: deinde cum V. Seren. Majest. avi paterni, qui laudatissimus & sanctissimus Rex fuit, nomen referat, spero etiam V. Sereniss. Majest. istius virtutes, pietatem clementiam, & humanitatem cum erga quos suis, tum imprimis erga ministros Ecclesia & Theologos, aliquando expressuram esse. Quod V. Serenitati filius Dei Jesus Christus Rex Regum concedat: Est in vestra Regia Aula magnus ille Doctorum patronus Generosus, amplissimus & vere præstantissimus Heros, Dominus Nicolaus Raaß/Regius Cancellarius dignissimus, qui quoque coram V. Ser. Majest. poterit de hoc nostro labore, quem ejus ampliss. Excell. acerrimo judicio submitto, testari. Christus Jesus provehat ad nominis sui gloriam V. Seren. Majest. florentem indolem suo Spiritu, ut sit re & nomine Christianus Rex, magnaliaque præstet, Amen.

V. Sereniss. Majest.

humillima subjectione observanter colens;

HERMANNUS HAMELMANNUS,
Licent.

LIBER

LIBER SECUNDUS,
DE PRINCIPUM Saxoniae & Westphaliae
Genealogiis.

A.



ANHOLT familia Principum vetus, quæ etfi proprie ad Saxoniam inferiorem non pertinet, sed ad superiorem Saxoniam; tamen cum in terminis Archiepiscopatus Magdeburgensis etiam in inferiori Saxoniam habeant modo quædam Dominia & possessiones isti Heroes, & deinde cum Saxoniam Electoralem remoto ab Electorali dignitate Henrico Leone, inde descendant, & postea etiam in originem suam trahant Duces Saxoniam in Lowenborg / partim ex Alberti Crantzii historiis, partim ex libro Andrea Heppenstedti dicto Stammbuch / partim ex Georgii Fabritii Chronico de Electoribus Saxoniam, quædam referam, postea ipse ex veteri Saxonico Chronico quam Ducum Saxoniam Genealogiam subjungam & deinde lectorem remittam ad Genealogiam & Chronicon Illustriss. Principum Anholdiorum, Comitum veterum in Ballenstede & Ascania, Dominorum in Dornborg & Zerbst / quæ Genealogia Germanicè edita est cum præfatione Philippi Melanchthonis Lipsiæ, in officina Jacobi Bernwardi, per autorem Ernestum Brotuffsum, qui eas Principum familias illustrissimas, sex libris prolixè comprehendit anno Domini 1556.

ANHOLTUM fuit olim arx & castrum in Harsinea sylva, dictum olim Onholt quasi sine ligno, quæ ex saxo exsculpta planè esset anno Dni 446 cum ab ESICO Comite in Ballenstet & Anholt conderetur ex Ballenstede Canobium Canonicorum Regularium, transtulit is sedem in castrum Anholt / quod tamen creditur postea destruxisse Henricus Leo.

Anno Domini 1154. Fredericus I. dictus Barbarossa constituit Bernhardi Electoris Saxoniam filium HENRICUM I. Principem in Anholt / ex quo descendant isti Principes, qui hæctenus in Anholt fuere. Num ex Bernhardo illo Electore Saxoniam, qui fuit Alberti Ulrici Electoris Brandenburgici filius, & est à Frederico I. Casare constitutus Elector Saxoniam, ex auctoritate Henrico Leone, tres Nobilissimæ familia descendant, primo Electorum Saxoniam, deinde Ducum inferioris ad Albim in Lowenborg / tertio moderni Anholdini Principes. Loquar primo de Electoribus Saxoniam ut ordine sunt secuti, Albertus I. cui successit Albertus II. primi filius Rodolphi

Rodolphus ex filia Rodolphi I. Imperatoris natus, qui genuit Rodolphum II. ex Jutta Brandenburgica, & erat ei frater Wencelaus, qui Luneburgum habuit in possessione, cujus filius erat Rodolphus tertius Elector & post illum frater Albertus III. in quod desit Electoralis Saxoniae familia, & Dignitas Electoria tunc est à vera linea Ducum Saxoniae in Lowenborg translata, & quoque Anholdinis Principibus adempta, & per Sigismundum Caesarem deducta ad Thuringiae Landgravios & Marchiones Misnenses. Etsi ERICUS Dux in Lowenborg, Saxoniae, Westphaliae & Angrivariae Princeps, ratione legitimae successionis ambiret Electoratum, tamen repulsam passus est, & aliquoties de ea re protestatus est: ita Electoralis Dignitas Saxoniae in Anholdina familia duravit annis 227. Secunda Ducum Saxoniae familia ex illo Bernharde nata, est Ducum Saxoniae in Lowenborg, ERICUS I. & ERICUS II. qui genuit Wencelaum ex quo ERICUS III. genitus est, qui genuit BERNHARDUM, ERICUM IV. & Joannem Episcopum Paderbornensem & postea Hildesimensem; BERNHARDUS produxit Joannem, qui genuit ERICUM V. Episcopum Monasteriensem, Bernhardum Canonicum Colonensem, RODOLPHUM & MAGNUM, qui ex Catharina Brunsvicensi genuit filium Franciscum, Dorotheam Reginam Daniae, Claram Francisci Luneburgici Ducis conjugem, Catharinam Gustavi Regis Sveciae primam conjugem matrem Regis Erici, Ursulam Henrici Ducis Megapolensis conjugem & Sophiam, Antonii Comitis in Oldenborg & Delmenhorst uxorem, FRANCISCUS ducta Henrici Ducis Saxoniae & Marchionis Misnensis filia & sorore Electorum Saxoniae Mauriti & Augusti potentissimorum Principum Sophia, genuit Magnum (cujus uxor est Svecorum Regum Erici & Joannis soror N.) gerentem bellum cum fratre Francisco juniore ratione arcis Raceburgicae, Franciscum, cujus conjunx est Pomeranica Ducissa Philippae Ducis filia N. ex qua aliquot proles sustulit Ducales (Mauritius Dux & frater eorum aliquam Nobilem duxit sibi conjugem) Henricum Archiepiscopum Bremensem, Administratorem Osnaburgensem & Paderbornensem, & filias de quibus postea dicemus, & Fredericum Chori Episcopum Coloniae & Praepositum Bremensem.

Tertia ex isto BERNHARDO Electore primum post rejectum Henricum Leonem creato familia propagata est Anholdinorum Principum, qui ex ejus filio tertio Henrico (alii eum vocant Otthonem) nati sunt, & ex his certam dat Genealogiam Brottauffius, cujus summam hic subjiciam.

ALBERTUS I. Comes Ascaniae & in Ballenstadt genuit POPPONEM

ex Richarda, Nobili Principissa de Hennenborg / Popponis filia, POPPO
 duxit ex Regibus Galliarum ortam Principissam Gundewinam, quæ ei pe-
 perit ALBERTUM II. Capitaneum egregium, qui ex Chunhila Comi-
 tissa in Wothin & Merspurg / genuit OTTHONEM II, Consiliarium
 Henrici Aucupis vel primi Cesaris, & hic OTTHO habebat conthorale
 Irmegardam, Comitissam in Holstein / & genuit ALBERTUM III. Henri-
 cum, Otthonem III. Esicum : ALBERTI III. conjunx erat Luitgardis
 Comitissa in Ringelen / & OTTHONIS uxor erat Wilhelmi Comitis & Mar-
 gravii de Heineck filia, quæ caruit prole : Ex ALBERTO III. nati sunt
 Sigfridus & Sigismundus : SIGISMUNDUS obtinuit in divisione Comi-
 tatum Ascanie & SIGFRIDUS obtinuit Ballenstadt & Bernborg, SIG-
 MUNDUS habebat sibi sociam conjugalem, filiam Comitis de Weym-
 SIGFRIDI uxor erat ultimi Margrafi in Lauzenis Otthonis filia, quæ
 ei peperit SIGFRIDUM II. & ALBERTUM IV. SIGFRIDUS dedit
 viduam Henrici Schwartzenburgii Comitis Annam : ALBERTUS IV.
 duxit filiam alicujus Comitis de Alsbensburg Dithburgam, quæ ei peperit
 Sigismundum II. ALBERTUM V. & Wolradum ; Sigismundus in Ungaria
 veneno tollitur : ALBERTUS V. duxit conjugem Hildam, heredita-
 riam filiam Comitatus de Wolpe / & se scripsit Comitem quoque in Wol-
 pe / ex qua ei nati sunt ESICUS, fundator collegii Canoniorum in Ballen-
 stedt / Theodorus primus novo isto collegio Præpositus ALBERTUS VI.
 qui cum senè virgine & anu Dithburgæ Comitis de Witsin Dodonis filia
 contraxit nuptias & impetravit Marchionatum in Soltwedel / de Hen-
 rico II. Cesare ; WOLDEMARIUS autem Alberti IV. filius duxit con-
 jugem Catharinam, Comitissam Schwartzburgicam, ex qua nati sunt
 SIGISMUNDUS & Woldemarus : SIGISMUNDUS duxit Annam he-
 redem Marchionatus in Soltwedel / ERNESTUM I. & Otthonem genuit
 & post Albertum VI. obtinuit illum Marchionatum ERNESTUS I. a
 Cesare Henrico II. & isti ERNESTO conjunx erat Stadenfis Comitis
 Henrici filia Hildegarda, & genuit Ordolphum & ESICUM, pugnantem
 contra Vandalorum Regem Primislaum, ex ESICO natus est ALBER-
 TUS VII. & Henricus, qui cum conjugè vetula Margaretha de Soltwedel
 & Holstein moritur absque heredibus ESICUS autem Alberti V. filius, quæ
 in suo novo collegio constituit fratrem Theodorum Præpositum, duxit
 uxorem Mechtildin Marchionis Saxonie Egberti filiam & genuit Ordol-
 phum, Ludovicum (discedentes absque heredibus) & OTTHONEM
 Marchionem in Soltwedel / Comitem Ascanie, Ballenstadt & Wolpe, quæ

ducta conjuge Heilica Ducis Saxoniae Magni & Electoris filia, genuit ALBERTUM URSUM, Electorem Brandenburgensem & HENRICUM Comitem Ascania. Ex illo ALBERTO bellicoso Principe nati sunt duo Electores, OTTO Elector Brandenburgicus (ex quo descendebant Electores Marchia usque ad Fredericum Burggravinum Nurembergensem) & BERNHARDUS Comes Ascania, quem constituit Fredericus I. Caesar Electorem Saxoniae & Ducem Angariae & Westphaliae, ex quo descendebant Electores Saxoniae usque ad Fredericum Marchionem Misniae, & ab illo quoque descendunt Duces Saxoniae in Lotwenborg / qui adhuc superflites sunt: BERNHARDO nati sunt ex Jutta Woldemari Regis Daniae filia, ALBERTUS Elector Saxoniae & Dux Angriovariae & Westphaliae, & HENRICUS I. Princeps in Anholt per Fredericum I. constitutus. Cujus conjunx erat Mechthildis, filia primi Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis Otthonis, & hujus soror nupsit Henrici fratri Alberto, primo ejus nominis Electori: HENRICI filii erant Albertus Episcopus Halberstadensis, SIFFRIDUS & OTTO Principes in Anholt / Comites Ascania & Domini in Berneborg / SIFFRIDUS duxit in conjugem, Comitissam in Gleichen N. quae ei peperit HENRICUM & RODOLPHUM; SIFFRIDUS pater fundavit collegium vel coenobium Goswigkum, HENRICI II. conjunx erat Sophia Landgravina Thuringia, qui excommunicatus abiit Romam & petiit absolutionem à Papa Henrico: OTTO I. Princeps in Anholt / duxit Irmegardim filiam Hermanni Landgravi in Thuringia, & genuit WALDEMARUM I. Principem Anholdinum, qui ex Beatrice Comitissa de Altenborg / HENRICUM III. & OTTHONEM II. Principes Anholdinos genuit. HENRICUS III. filius Woldemari I. habuit duas conthorales, priorem Margaretham Landgraviam Alsatia (quae ei peperit Henricum IV. mortuum anno Dn. 1393. & OTTHONEM III. cujus conjunx erat Comitissa de Gleichen) alteram conjugem Sophiam Landgraviam Thuringia, quae ei peperit BERNHARDUM I. qui ex Principum Anholdinorum familia, factus est Elector Saxoniae, SIGISMUNDUM Principem Anholdinum, habentem uxorem Ameliam, Herois Henneburgici Henrici filiam, sine haerede mortuum: BERNHARDUS primus ejus nominis Princeps Anholdinus, & secundus ejus nominis Elector Saxoniae, duxit Archiducis Austriae Lupoldi filiam Agnezam, & ex ea genuit Rodolphum II. Electorem Saxoniae (ex quo reliqui Electores Saxoniae, qui erant usque ad Fredericum Marchionem Misniae, & Duces Engariae & Westphaliae in Lotwenborg propagati sunt) Albertum Episcopum Halberstadensem, atque BERN-

HARDUM II. Principem Anholdinum, & Othonem III. qui duo potiores fratres dividebant hereditarias ditiones, sic BERNHARDO contigit Dominium in Berneborg/ quod ejus posterio obtinuerunt usque ad ultimum in calinea deficientem absque hæredibus: OTTO III. obtinuit Anholdinum Principatum, & ex eo descendit mascula linea, quæ adhuc hodie (laus Christo) durat & existit: ideo de Bernhardi linea dicemus primo, deinde ea recitata veniemus ad Othonis Principis Genealogiam. BERNHARDI filii erant HENRICUS & OTTO IV. Domini in Berneborg. Ex Henrico Domino in Berneborg nascuntur BERNHARDUS III. OTTO Rodolphus, ex his tribus solus OTTO subit conjugium & genuit Rodolphum Episcopum Halberstadensem, Othonem & Georgium, Georgii conjugalis erat Agneta Pomeranica Ducissa, quæ peperit Bernhardum, habentem in conjugem Hedewigam, filiam Ducis in Sagen / sed sine hæredibus masculis morientem, ita post ejus mortem anno Dn. 1468. pervenit rursus Bernburgum ad Georgium Principem.

Redeo jam ad OTTHONEM Bernhardi Electoris Saxonie secundi filium qui magnalia gessit, & genuit ex Thuringica SIFFRIDUM vel Sigismundum, habentem conjugem Adelheidam illustrem, ex qua nati sunt Henricus Archiepiscopus Magdeburgensis, WOLDEMARIUS, ALBERTUS, Joannes & Ernestus: WOLDEMARIUS & Albertus fratres duxerunt duas sorores nempe Rodolphi Electoris Saxonie filias: Ex WOLDEMARO nascitur Woldemarus cito discedens, & perit bello pater Woldemarus, frater Alberti, & uterque frater incepit edificare arcem Dessau: ALBERTI filius est Joannes, qui factus est hæres, & ducta uxore Elizabetha Comitissa Henneburgica genuit SIGISMUNDUM, Albertum claudum & Rodolphum Episcopum Sverinensem; SIGISMUNDUS filius Joannis clam ex ditione sua, propter inrositatem uxoris discedit: Hic aluit aulam in Serbest & ejus frater ALBERTUS CLAUDUS in Caishe: ex SIGISMUNDO descendit linea modernorum Principum Anholdinorum, de qua postea dicemus: nunc percurramus familiam ALBERTI CLAUDI primum: Hic ALBERTUS CLAUDUS duxit conjugem Elizabetham Comitissam Mansfeldicam, & ea peperit marito filios ADOLPHUM I. & Wilhelmum maturius morientem, WOLDEMARIUM & ALBERTUM. WOLDEMARIUS Alberti claudi filius, habuit conjugem Margaretham, Comitissam in Egelen/ quæ peperit Joannem, Canonicum Magdeburgensem. ADOLPHUS I. aulam habuit in Serbest & erat ei uxor Cordula Alberti Comitis de Rupin & Lindau filia, ex qua genuit Wilhelmum, monachum Minoritam vel observantem, Magnum Canonicum Magdeburgensem.

Magdeburgensem & postea præpositum, *Adolphum II. Episcopum Mers-*
burgensem.

SIGISMUNDUS Alberti claudi frater habuit conjugem *Juttam* Comitissam de *Quersfurt* / quæ illi peperit *Albertum* & *Sigismundum* cito morientes, *Joannem præpositum Mersburgensem*, & *Canonicum Magdeburgicum*, *Woldemarum* & *Ernestum*, decedentes antequam inirent conjugium, & *GEORGIUM*, qui ducta *ultimi Domini in Vernborg Bernhardi filia Metta*, consequitur *Comitatum in Vernborg* / sed post eam demortuam, habuit ordine tres adhuc in matrimonio matronas illustres, ut *viduam Rodolphi Electoris Saxonie Euphemiam*, tertio *Sophiam Comitissam de Holsstein* / *quartam* habuit conjugem *Annam Comitissam de Rupin & Lindaus* unde in extremo suo senio nata est *Anna* filia, elocata *Joanni Comiti Alsenburgico & Delmenhorstano*, & ea fuit *avia horum meorum Comitum*, ut *Dn. Joannis & Dn. Antonii*: interim *GEORGIUS* ille primus ex quatuor istis uxoribus genuit *Laurentium*, *WOLDEMARUM*, *Rodolphum*, *Bernhardum*, *Georgium*, *Henricum* & *Ernestum*: Ex his filiis claruit bellicoso Marte *Rodolphus*, qui castra secutus *Maximiliani I. Cæsaris* multa prospere perfecit in Italia contra *Venetos*: *WOLDEMARUS* *Georgii* filius ex *Margaretha Comitissa Schwartzburgica*, genuit *WOLFGANGUM*, qui *Augustane Confessioni* subscripsit anno *Dn. 1530.* & *Margaretham uxorem* secundam *Joannis Electoris Saxonie*, matrem *Joannis Ernesti*, *GEORGIUS II. primi filius ducta Agneza Brandeburgica* unam genuit filiam maturius morientem: *ERNESTUS* vero filius *Georgii I.* duxit filiam *Henrici Ducis Munsterburgensis in Schlesia*, *Margaretham* in conjugem, & genuit *Thomam* cito morientem, *JOANNEM propagatorem familia*, *Georgium III.* doctum & piissimum Principem, concionibus habendis & editis libris clarum ac illustrem, administratorem *Merspurgenfis Ecclesiæ*, *Præpositum Magdeburgensem*, & *Joachimum* vere religiosum Heroa. *JOANNES Ernesti filius* duxit *Margaretham*, *Joachimi primi filiam & secundi Joachimi Electoris Brandenburgici sororem*, ex qua ei nati sunt *Carolus* maturius discedens, *Joachimus Ernestus*, & *BERNHARDUS*, atque *Maria* elocata *Alberto Comiti in Barby*: *BERNHARDUS* duxit conjugem *Claram* filiam *Francisci Ducis Lunenburgensis*, quæ ei unicum filium *Franciscum Georgium* peperit, sed is illustris puer moritur ante patrem *Bernhardum*, qui curavit patrum sui *Georgii* Principis opera in *Latinam linguam* transferri & publicari: *JOACHIMUS ERNESTUS* duas habuit uxores, primam *Agnezam Comitissam in Barby* / quæ ei peperit *Annam Mariam*, elocata

catam Joachimo Duci in Signis / Elizabetham conjugem Electoris Branden-
burgici Joannis Georgii, Joannem Georgium, Christianum & Sybillum
secunda Joachimo Ernesto conjunx est Leonora Christophori Duci Wirtem-
burgensis filia, quæ ei peperit BERNHARDUM & adhuc duos filios N. N.
atque filiam.

Ernestus Brottauffius conscripsit quidem eleganter horum Principum
Genealogiam, sed eam plenius & absolutius dedisset M. Georgeus
Torquatus, pastor Neapolitanus Magdeburgensis, si ei vivere licuisset.
Nam ille rarissima & absconditissima passim ex gratia Sigismundi
archiepiscopi per duas dioceses ut Magdeburgensem & Halberstadensem
in oppidis, cœnobiis, & collegiis (quia omnia secreta investigando in-
tatus erat) consideravit & observavit & ad hoc negotium patronum
sensit & habuit BERNHARDUM Principem Anholdinum.

B.

BERNEBORG, de hoc Dominio idem dicamus, quia ad aliquod
secula subfuit Principibus Anholdinis.

BRAUNSWIG. Braunschwigum civitas & Dominium primo vel Comi-
tatus fuit, sed nepos Henrici Leonis, filius Wilhelmi, Otto consequitur
Ducis titulum à Frederico II. nonnulli historici horum Ducum Genealogiam
tantum usque ad Henricum Leonem deducunt, sed ego alius eam
extendam, & quicquid hic laboris impendi, hoc præstiti in honorem
Illustrissimorum Principum ac Dominorum, Dn. Julii, ejusque filii
Dn. Henrici Julii, Episcopi Halberstadensis & Mindensis, Dn. Wilhelmi ju-
nioris, ejusque filii Dn. Ernesti, atque excellentium fratrum Dn. Wolve-
gangi & Dn. Philippi simili jure Ducum Brunsvicensium & Lunebur-
gensium, Dominorum mihi Clementissimorum. WEDEKINDUS
Rex Saxonie Westphaliaque genuit multos filios, ex Gena Danica, inter
alios Wigbertum, qui cœnobium Wibershausen prope oppidum Nordheim
fundavit, Wigberti filii erant Walbertus & BRUNO, ex matre Sindarilla
Phrisica: BRUNO arcem Brunstein prope idem oppidum Nordheim
extruxit & fundavit cœnobium Brunshusen prope Gandersheim & hic
genuit ex Nobili Susanna LUDOLPHUM fundatorem illustris collegii
Gandersheim, qui procreavit ex Oda conjugè BRUNONEM & TAN-
QUARDUM, fundatores urbis Brunsvicensis (ut vocaretur Brunsvicus
vicus) atque OTTHONEM: Bruno & Tanquardus pugnantes contra
Var-

Vandalos occubuerunt in pugna, & in cœnobio Ebſtorff ſepulti ſunt :
 Extat gravis oratio & plane Chriſtiano principe digna, apud *Cranzium*
 quam *Bruno* ante pugnam habuiſſe dicitur ad milites : OTTO duxit
 conjugem *Luigardam*, *Arnoldi Caſaris filiam*, quæ ei peperit HENRICUM
aucupem, primum ejus nominis & etiam ex Saxonibus primum Impe-
 ratorem : Hic *Henricus* animoſus Monarcha ex *Mechtilda Theodori Co-*
mitis de Altenborg & Ningelem filia, genuit OTTHONEM magnum
 Imperatorem glorioſiſſ. *Brunonem* Episcopum *Coloniensem* & HENRICUM
 Ducem *Bavaria* & aliquot filias partim *Gandershemii*, partim *Quedelen-*
burgi (ubi ille illuſtre veſtaliū virginum fundabat collegium) *Abba-*
tiſſas exiſtentes, OTTO magnus, qui ſicut pater magnalia geſſit bella,
 majora perfecit & nomen Magni meruit (ſicut Alexander Magnus,
 Pompejus magnus, Conſtantine magnus, & Theodoſius magnus
 dicti ſunt) ex prima conjugē *Editta, Regina Anglia*, *Wilhelmum* Episco-
 pum *Moguntinum*, & LUDOLPHUM ducentem *Hermani Ducis Suecia*
 vel *Suevia* unicam filiam N. quo nomine fit *Dux Suevia* (& ex eo natus
 eſt OTTO & ex *Orthone BRUNO*, qui poſtea *Papa* factus, dictus eſt *Geor-*
gius V.) genuit : Interea mortua priore conjugē, ſecundo ducit *Alhei-*
dam, filiam *Rodolphi Regis Burgundia*, quæ erat vidua *Lotharii Longobar-*
dorum Regis, quæ ei peperit OTTHONEM II. Imperatorem, &
Henricum. OTTO II. multa præclare geſſit & ducta *Theophania, Nice-*
phori Orientalis Caſaris filia, genuit OTTHONEM III. Imperatorem
 ſed absque liberis diſcedentem, *Sophiam* *Abbatiffam in Quedlenborg/*
Mechtildā alicujus *Pfalſgravi* conjugem : HENRICUS vero *Dux Ba-*
varia, & frater *Orthonis magni*, ex *Arnolphi Bavaria Ducis filia Judith*,
 genuit BRUNONEM, *Saxonia Margraſum*, *Gerbergam* doctiſſimam *Abba-*
tiſſam in Gandersheim / cujus erudita ſcripta extant, HENRICUM *He-*
zelonem Ducem *Bavaria*, ex quo natus eſt HENRICUS II. *Cæſar* (dictus
Sanctus) & *Bruno* Episcopus in *Auſpurg* : Ex BRUNONE vero *Saxonia*
Marggraſio, *Henrici fratris Orthonis magni filio*, *Domino Brunſvige*, nascitur
 BRUNO & EGBERTUS & *Gertrudis* ; BRUNONIS uxor erat *Mech-*
tildis Galliarum Regis filia, quæ ei peperit *Ludolphum* ex quo natus eſt
Bruno, qui in caſtris *Henrici III.* periit : EGBERTI conjunx erat *Gerberga*
 filia *Ducis de Lauſberg*, ex quibus oritur junior *Egbertus* in mola occiſus :
 tunc *Gertrudis* amita junioris *Egberti* mortuo ipſius ex fratre nepote,
 juniore *Egberto* fit hæres patrii *Dominii* & nupſit *Henrico Crasso*, (qui
 originem habebat ex *Henrico filio Orthonis magni*, fratre *Orthonis II.* Im-

peratoris ex Albeida) Domino Brunsviga, Othonis Comitis in Brunstein
 vel in Bommelstein & Nordheim filio, cujus avus erat Siffrius Comes in
 Bommelstein & Brunstein/ & hic Henricus Crassus perit in Phrisia Norda:
 Ex hoc Henrico Crasso & Gertrude nascitur unica filia Rixa, conjunx Lotha-
 rii primò Ducis Saxonie atque Electoris, deinde Imperatoris, que rursum
 peperit suo Domino, Cesari Lothario unicam filiam Gertrudem, que elo-
 catur HENRICO SUPERBO vel Guelfo aut Guelphoni, Duci in Saxia,
 Electori Saxonie, Duci Angravaria & Westphalia, Domino in Brunstein &
 Comiti in Nordheim/ qui genuit HENRICUM LEONEM, cujus mater
 fuit soror Regis Anglia Mechtildis, atque magnanimus Heros ac Princeps
 Elector; HENRICUS LEO nunquam ante se habuit potentiorum Electo-
 rum, nec etiam hætenus post se, nisi hodie æquiparandus esset poten-
 tissimus Elector Saxonie Augustus ipsi Henrico Leoni, qui magna præstitit
 sed tandem est ex invidia, odio & malevolentia Episcoporum vicinorum
 exutus Electorali dignitate, & tribus Ducatibus per Fredericum I. Casarem:
 HENRICI LEONIS autem filii erant Henricus Pfaltzgravius Rheni,
 qui sine masculis hæredibus moritur relictis duabus filiabus, quarum
 una Lodovico Bavaro Duci & altera Marchioni Badensi N. elocatur)
 Otto II. filius Henrici Leonis & Cesar vel Imperator IV. ejus nominis
 (qui ex Beatrice Philippi Romanorum Regis filia nullam prolem habuit)
 & WILHELMUS III. filius Henrici Leonis (ex quo Wilhelmo familia Du-
 cum Brunsvicensium & Luneburgensium, qui adhuc existunt, prodiit & pro-
 pagata est) atque quartus filius Ludgerus maturius moriens.

WILHELMUS Principis uxor erat Helena, Regis Dania Waldemari filia,
 ex qua nascitur OTTO, primus Dux Brunsvicensis, & Luneburgensis creatus
 à Frederico II. Cesare, cujus conjunx erat Mechtildis Brandenburgica,
 quæ ipsi peperit Elizabetham, Wilhelmo Hollandico Comiti & Electo Roma-
 norum Regi desponsatam, Albeidam Anholdini Principis conjugem,
 Agnezam Lantgraviam Thuringia, Othonem Episcopum Hildesimensium,
 Conradum Episcopum Verdensium, ALBERTUM & JOANNEM, qui
 diviserunt Ducatus; sed in Joannis posteris, cui contingebat Lunebur-
 gicus, cito desit Genealogia & ad stemma Ducis Alberti transit suc-
 cessio: Ex ALBERTO nascitur ALBERTUS (dictus ob egregia bella
 & alia magnalia præclare gesta Magnus) vincens Moguntinum præli-
 um, huic Alberto Duci, dicto Magno, erat conjunx Elisabeth Hassiaca,
 & huic nati sunt liberi HENRICUS mirabilis (ex quo descendit familia
 Ducum Brunsvicensium de Grubenhagen/ quam ordine, postquam hanc
 prius

prius fideliter dederimus, litera G. postea subjiciemus) WILHELMUS II^o maturius moriens, at interim hæredem relinquens, qui cito moritur? ALBERTUS pinguis, propagator familiæ, atque Conradus, Luderus & Otto ordine tres sine hæredibus decedentes. ALBERTUS dictus pinguis ex Rixa Ducis Vandalorum filia, genuit multas proles, quarum nomina hæc sunt, Albertus Episcopus Halberstadianus, Henricus Episcopus Hildesimensis, Joannes Magister Teutonici ordinis in Borussia, OTTO dictus largus possessionem in terra Gotingensi consequens (qui erat erga omnes munificus & benevolus, sed moritur absque hæredibus) ERNESTUS & MAGNUS, qui duo posteriores fratres dividunt rursum Ducatum Brunsvicensem, quia Joannis adhuc posterii obtinebant Luneburgicum Ducatum. ERNESTUS occupat post Otthonem largum & fratrem, terram Gotingensem, & MAGNUS Brunsvigum & Wolfelbutum; Ernesti conjunx erat Regis Sicilia filia N. ex qua genuit OTTHONEM armipotentem, qui patriæ bellico Marte multa adjecit, & Otthonis armipotentis conjunx erat ex Ducum Bergensium, qui tunc Comites erant, familia orta nomine Margaretha, ex qua genuit duos filios Wilhelmum maturius discedentem & OTTHONEM monoculum, cujus conjunx fuit Agneta Hassiaca, quæ peperit unicam filiam, elocatam Erico Duci Brunsvicensi de Grubenhagen; MAGNUS vero nomine & re magnus, ex unica postremi Ducis de Salsberg filia genuit Albertum Archiepiscopum Bremensem, Ludovicum factum per conjugem Ducem Luneburgensem, sed sine hærede mortuum, Conradum in Italia decedentem, Joannem Primatem prasulem Magdeburgicum, Helenam Otthonis Hoyensis conjugem & Agnetam Erici ibidem Comitis conthoralem & Magnum Torquatium, cui adimitur Luneburgum; interim junior MAGNUS genuit ex Brandenburgica uxore N. Fredericum, electum Cæsarem, at dolo in itinere ex instinctu Moguntini Electoris occisum, BERNHARDUM Ducatum Brunsvicensem possidentem, Otthonem Archiepiscopum Bremensem, & HENRICUM, qui Ducatum Luneburgicum recepit, & hunc captivum Comes de Lippia habuit) atque Elizabetham conthoralem Mauritiis Comitis Aldenburgici. Ex BERNHARDO & Alberti Saxonici Ducis ad Albim filia N. nascuntur OTTO (qui ex uxore sua, quæ Schowenbergica erat nullum reliquit hæredem) & FREDERICUS, qui ex Magdalena Brandenburgica genuit Luneburgicos Duces, ex cujus posteritate adhuc hodierni Duces in Luneborg existunt (de quibus postea litera L. dicturus sum.) Cum autem incideret controversia inter fratruales, videlicet inter

Hen-

Henrici filium & Orthonem Bernhardi filium, & propterea utrobique nascerentur cruenta bella, ita tandem per mediatores est pacificatio facta, ut Ducis HENRICI filii ex Sophia Pomeranica nati, WILHELMUS & HENRICUS fierent Duces Brunsvicensis & rursus Ducis BERNHARDI filii essent ac fierent Duces Luneburgenses: *Wilhelmi & Henrici soror erat Catharina, quæ elocata est Electori Saxonie Marchioni Missia, HENRICUS dictus pacificus frater Wilhelmi, duxit conjugem Helenam Clivensem, quæ ei peperit unicum filium Wilhelmo Hennebergico Heredi electam: WILHELMUS vero dictus Godesko/ Heros bellicosus & victoriosus, qui septies victoriam contra hostes obtinuit & sex Comitatus in Ducatu adjunxit, & bellico jure consecutus est, duxit Ceciliam Brandenburgicam, & ex ea genuit FREDERICUM & WILHELMUM, deinde ex secunda conjugem, quæ erat Mechthilda Schoenenburgica nullam sustulit prolem: Fredericus & Wilhelmus junior Wilhelmi victoriosi filii erant bellatores: militabant diversis in locis. FREDERICUS habuit conjuges duas, unam Annam ex Ducibus Brunsvicensibus de Grubenhagen contractam & alteram Margaretam de Nitberg Comitissam, sed utraque caruit hæredibus. WILHELMUS junior Frederici frater & bellicosus imo victoriosus Wilhelmi filius, genuit ex Elizabetha Stolbergica, Henricum & ERICUM fratres Marte ferocientes & strenuos pugnatōres vel bellatores. ERICI Ducis prior conjugem erat Catharina Saxonica Ducis Alberti filia & Archiducis Austrie vidua, ex qua nascitur filia nomine Anna Maria citius moriens, secunda ei erat uxor Elizabetha Brandenburgica Joachimi II. Electoris soror & prima filia, ex qua Duci Erico nate sunt filia & unus filius, videlicet Anna Maria Ducis Alberti Pruteni Ducis primi conjugem, Elizabetha Principissa in Hennenborg/Catharina Domina in Dorsenborg/& filius ERICUS, qui nostro tempore est superstes & bellicis negotiis implicitus, cui prior erat conjugem Sidonia Saxonica, Ducis Henrici filia & Soror duorum Electorum Mauriti & Augusti, secunda est Lotharingica: HENRICUS vero senior & terribilis dictus (quia erat vicinus omnibus, propter fortunam, fortitudinem, & personam formidabilis) Wilhelmi junioris ex Stolbergica Elizabetha filius & Erici senioris frater, qui periit in Phrisia, dum cingeret arcem Dert & antea magnalia peractisset, hic inquam duxerat Catharinam, Ducis Pomerania Erici II. filiam & ex ea genuit Andream maturius morientem, Christoforum Archiepiscopum Bremensem & administratorem Verdensensem, Catharinam, Marci Ducis Saxonie de Lowenborg conthoralem, Franciscum Episcopum Me-*

densen, *Ericum* Commendatorem in *Cobylens* / *HENRICUM juniorem* propagatorem familiae, de quo postea dicemus, *Elizabetham* Abbatissam in *Stedesdorff* / *Wilhelmum* Commendatorem in *Mirau* & *Georgium* primò Præpositum *Coloniensem* & *Bremensem*, deinde postea succedentem utrique fratri in susceptione Episcopatum Sedium, ut *Bremensis*, *Mindensis* & *Verdensis*; *HENRICUS junior* (cui suus Principatus fuit laboriosus) cum patruo suo *Erico seniore* invasit diocesim *Hildesimensem* & utriusque posterius adhuc eam occupant: fuit autem *HENRICO Duci* prima conjunx *Maria Wirtembergica* Ducissa, Principis *Ulrici* (quem Landgravius *Hassia Philippus* restituit exulem & ex suis ejectum) soror, & amita pii Ducis *Christoferi*, quæ *Henrico* marito peperit *Joannem* in pueritia mortuum, *Catharinam* Joannis *Brandenburgici* conjugem, *Carolum* victorem & *Philippum Magnum* utrumque pugna *Sivershaufiana* occumbentem, *Mariam* Abbatissam in *Gandersheim* / *Margaretam*, Ducissam *Monsterbergensem*, *Claram* conjugem *Philippi* Ducis *Brunsvicensis* & *Luneburgensis* de *Grubenhagen* in *Calenberg*, atque *JULIUM* propagatorem familiae: *HENRICUS junior* Dux habuit secundam conjugem *Sophiam*, *Sigismundi Augusti* Regis *Polonici* sororem, quæ caruit liberis: *JULIUS* vero vivis fratribus opera fratris *Philippi magni*, constituitur *Mindensis* Episcopus & Coadjutor *Paderbornensis* sed cum ita in pugna occumberent fratres, atque pater nullos ex secunda conjugem consequeretur hæredes, ipse fit successor in gubernatione, & vivo patre duxit *Heylwigim*, Electoris *Brandenburgici* *Joachimi II.* filiam, *Joannis Georgii* moderni Electoris sororem, matronam sanctam & clementem, quæ *JULIO* Duci marito peperit *Sophiam* *Pomeranico* Duci *Ernesto Ludovico* elocatum, *Hedewigam Mariam*, elocatum *Francisco* Duci *Saxoniae* & *Westphaliae*, *HENRICUM JULIUM*, Episcopum *Halberstadensem*, & Administratorem *Mindensem*, Principem doctum & ingeniosum, *Elizabetham* Abbatissam in *Gandersheim* / *PHILIPPUM SIGISMUNDUM*, *Margaretham*, *JOACHIMUM*, atque *JULIUM juniorem*, & plures.

Hanc historicam Genealogiam scripsi præcipuè in gratiam & honorem Reverendissimi, lectissimi, & illustrissimi Principis ac Domini Dn. *HENRICI JULII* Episcopi *Halberstadenensis* & *Mindensis*, Ducis *B. & L.* Domini sui *Clementissimi*. De *Bergensibus Ducibus* agam in sequenti hoc est tertio libro.

C.

CLIVENSIUM Ducum genealogiam dabo volente Deo in proximo hoc est tertio libro.

D. Hic nihil habeo.

E.

ENGEREN Ducatus Westphaliæ, & fuit olim duplex, superior & inferior, de utroque dicam libro 5. quando de Subdominiis vel partibus Dominiis dicturus sum: Scripserunt se Duces Saxoniae, & Duces in Engeren, ut filii Wedekindi & posterius ejus ut Bruno, Ludovicus, Otho, Henricus primus Imperator dictus auceps. Interim OTTHO magnus Cæsar Henrici aucupis filius constituit Ducem Saxoniae ad Albi & Angrivaria atque Westphalia HERMANNUM BILLINGIUM, nobilem virum, cujus filius vel nepos BERNHARDUS est ab Othone III. Imperatore Elector Saxoniae declaratus, & post illum filius ORDOLPHUS & hujus filius Magnus, in quo desinit linea mascula, & tunc per Henricum IV. Imperatorem transit Electoralis dignitas & possessio Ducatum Saxoniae, Angrivaria & Westphaliae, ad LOTHARIUM, Gerbardus Supplinburgici & de Arnsborch Comitum filium, Heroa bellicosum, quem deicere conabatur Henricus V. sed illo mortuo hic Lotharius princeps magnanimus & sapiens eligitur Imperator & multa utilia in Germania præstitit, atque effecit, ut ejus Gener Henricus Bavariae Dux (dictus Superbus) qui erat ex Magni ultimi Ducis Angrivariae & Westphaliae atque Electoris Saxoniae filia, Wilsfilde, natus, post illum salutariter Elector Saxoniae & esset Dux Angrivariae & Westphaliae, quem etiam titulum cum ditionibus obtinuit istius Henrici superbi filius, Henricus Leo, nepos Lotharii Cæsaris, Princeps longe potentissimus & fortissimus quem ex delatione multorum Episcoporum, quos voluit in ordinem redigere, & censuit eos Ecclesiis & non ditionibus gubernandis præficiendos esse, Heros Magnanimus ille Henricus Leo) titulis & regionibus exiit Fredericus I. Imperator, dictus Barbarossa; Et quanquam tunc Ducatum Angrivariae & Westphaliae transferret ad Episcopos Coloniae, qui ab eo tempore sibi illum usurparunt titulum, cum ditionibus istis tamen partem istorum Ducatum cum titulis derivatam voluit ad BERNHARDUM Alberti Ursi filium, jam ab eo designatum Electorem Saxoniae, qui propterea etiam cum omnibus suis posteris retinuit titulum

lum Ducum Angrivariae & Westphaliae, sicut etiam adhuc hodie ex hujus *Bernhardi primi*, post Henricum Leonem, constituti Electoris Saxoniae, linea & prosapia descendentes *Duces Saxonia in Lowenborch* eundem retinent: interim *diuisiones & Ducatus* eos pro se retinuerunt *Colonenses Praesules* tantum, quod tunc ex his Ducatibus post exautoratum Henricum Leonem, sibi usurparet *Sassenburgum & Dulmonam, Monasteriensis Praesul*, atque *Praesul Paderbornensis* ea ad suam diocesim traduceret, qua ad & circa *Visurgim fluvium* sita sunt: tunc temporis *Bavariam*, ereptam Henrico Leoni accepit *Lupoldus Austriacus*, & *Palatinatum Rheni* *Otho Witelbachius, Comes Simerensis*. HENRICUS LEO interim quam diu viveret, & ejus filii, OTTHO IV. Imperator, HENRICUS & WILHELMUS, retinuerunt eum adhuc titulum, ut se scriberent *Duces Saxonia Angrivaria & Westphalia* tantisper, donec OTTHO *Wilhelmi filius* & nepos Henrici Leonis, committeret pugnam cum *Erico Duce Saxonia*, *Bernhardi primi* post Leonem constituti Electoris nepote ex Erico filio, in qua ille *Otho victus* amisit illum titulum, & postea creatur *Dux Brunsvicensis & Luneburgensis* à *Frederico II.* Ita dico quod & *Electores Saxonia* atque *Duces Saxonia in Lowenborg* ex stirpe istius *Bernhardi* oriundi usurparunt sibi simili jure & aequo modo titulum *Ducatum Angrivariae & Westphaliae*, donec mascula *Electorum Saxoniae stirps*, qui descenderant ex illo *Bernhardo*, desineret in *Alberto III. Electore*, quando à *Sigismundo Casare* à veris haeredibus videlicet *Ducibus Saxonia in Lowenborg* transferretur *Electoralis dignitas* ad *Marchiones Misnenses*. Isti vero ab eo tempore sumpserunt sibi titulum *Electoralis Dignitatis & Ducatus Saxoniae*, sed omiserunt titulum *Ducatum Angrivariae & Westphaliae*, qui sic remansit apud *Lowenburgicos Duces*, de qua re videat lector in *Cranzii Saxonia* libro 9. cap. 19. & 20. de quibus etiam postea referam litera S.

F.

In hac litera nihil deducendum habeo.

G.

GEDRIENSIUM Ducum Genealogiam dabo in proximo libro, per Christi gratiam, hoc est, tertio. *Brunsvicensium Ducum*, qui differentiae causa de *Grubenhagen* dicuntur, ut promissi modo, Genealogiam subjiciam idque in honorem

Kkk 2

pra-

præstantissimorum Ducum Domini WOLFFGANGI & Dn. PHILIPPI Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium, ultimorum ex ea familia superstitum Principum, Dominorum mihi clementissimorum: Diximus litera B. quod HENRICO mirabili Duci Brunsvicensi descendenti cum reliquis Ducibus Brunsvicensibus & Luneburgensibus ex posteris *Wede-kindi*, & ex vera mascula linea *Henrici Leonis*, ut supra probatum est, & fratri *Alberti pinguis*, filio verò ALBERTI cognomine dicti *MAGISTRI*, contigerit ut in divisione pars Ducatus Brunsvicensis *Eickesfeldia*, Comitatus in *Luttersberga*, *Eimbeca* & finitima ditiones ipsi adjudicatæ sunt: Hic HENRICUS Mirabilis, *Alberti Magni* filius, ex *Agneta Hassiaca*, genuit *Juanem* Præpositum *Eimbeccensem*, *Wilhelmum* cito mortuum, ac HENRICUM atque ERNESTUM, qui suum inter se sortiti sunt Ducatum *Grubenhagen*; sic HENRICUS ex *Helena Brandenburgica* genuit *Othtonem*, Regem *Neapolis*, qui dicitur vendidisse *Eickesfeldiam*, vel ut alii volunt oppignorasse *Moguntino*; *Melchior* primo *Osnaburgensem* deinde *Sorvicensem* Præsulem & *Balthasarum* mortuum in Italia: ERNESTUS vero ex Comitissa *Ebersteniana* genuit *Ernestum* Præpositum *Eimbeccensem*, & *FREDERICUM* atque *ALBERTUM*, qui quoque inter se Ducatum dividebant: *FREDERICUS* duxit *Henrici*, ultimi Domini in *Sponberg viduam* *Schonetam* natam Comitissam de *Nassow* / quæ caruit heredibus; *ALBERTUS* vero genuit ex *Sophia Saxonica Agnezam*, *Elizabetham* & *Sophiam* ordine simul *Abbatissas* in *Gandersheim* / & *ERICUM* qui ex filia, *Othtonis Monoculi*, Brunsvicensis Ducis in terra *Gottingensi* N. genuit *Annam* *Bavaricam* & postea *Frederici Brunsvicensis* (qui erat bellicosi *Wilhelmi* dicti *Godesfridi* filius) conthoralem, *Margaretam*, *Simonis* *Comitis de Lippia* conjugem, HENRICUM atque ALBERTUM rursus inter se Ducatum suum dividentes: HENRICUS enim ex *Ilseberha Saxonica* genuit *Henricum* maturius morientem; ALBERTUS vero ex *Elizabetha Hassiaca*; quam *Chronicon Saxonicum* vetus *Waldechianam* Comitissam appellat) genuit *Jodocum* maturius morientem, *Henricum* quoque sine hærede discedentem, ERNESTUM, *Ericum* Episcopum *Osnaburgensem* & *Paderbornensem*, qui etiam electus erat in *Monasteriensem* Præsulem, atque *Philippum*, qui primo Evangelii doctrinam propagavit in sua ditione, & hic ex *Catharina Waldechiana* (quam alii *Elizabetham* vocant) genuit hominem militarem *Ernestum* (qui ex *Margaretha Pomeranica* genuit *Elizabetham*, conjugem *Joannis Ducis Holsatis Christiani III.* Danorum Regis filii) *Albertum* occumbentem in bello

Schmalcaldico, Joannem in pugna ad *Quintinum* commissa cadentem atque WOLFEGANGUM & PHILIPPUM, qui mortuo fratre *Ernesto* magnanimo Heroe, rursus dividerunt Ducatum suum: Principis WOLFFANGI conjunx est *Dorothea Saxonica Ducis Francisci in Sorwienburg filia*, & soror *Henrici Archiepiscopi Bremensis*; PHILIPPI, Ducis & fratris WOLFFANGI, uxor est *Clara Henrici Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis filia*, & soror Ducis *Julii*; neuter fratrum adhuc sustulit prolem ex sua conthorali, utrique adhuc superstiti Christus JESUS det longam vitam, & post has miserias, lætitiã cœli & gaudia paradysi, Amen.

H.

HOLSTEIN, fuit primo *Comitatus*, & varias Dominorum sustinuit hæc ditio mutationes. Tandem ADOLPHO, *Duce Schleswicensi & Comite in Holstein & Stormar* mortuo, cum ditiones istæ ad hujus *Adolphi* ex sorore nepotem CHRISTIANUM, *Comitem Aldenburgicum & Delmenhorstannum*, qui postea *Rex Dania* creatus est, devolverentur, egit CHRISTIANUS I. *Rex Dania*, ut FREDERICUS III. *Cæsar* ipsum & suos filios, nepotes & successores crearet *Duces Holsatia, Stormaria & in Dithmarschen*. Ego ex *Chronico Helmoldi, Alberti Crantzii scriptis & Joannis Peterfen*, qui nominatim scripsit *Chronicon Holsaticum*, de Gubernatoribus ditionis Holsatienfis, libris nonnulla collegi in honorem potentissimi & Serenissimi Regis Daniæ Domini FREDERICI II. ejusque filii designati Regis Illustrissimi CHRISTIANI IV. atque excellentissimorum Principum Domini ADOLPHI & DN. JOANNIS *Ducum Schleswicæ, Holsatia, Stormaria & Dithmarsia, Comitum de Alstenborg & Delmenhorst* quæ subijciam, pro ut illa observare potui, interim ea præstantissimo Nobili & expertissimo historico, Regio vicario per Holsatiam, & equiti Holsato, viro inter Nobiles incomparabili, Domino *Henrico Rantzovio* corrigenda offero.

Holsatiam primo ALBION, deinde post illum UITHO gubernabant, tandem eam gubernandam consequuntur LUDOLPHUS pater, & OTTO filius atque nepos HENRICUS I. *qui fuit Imperator, Duces Saxonie Angaria & Westphalia*: verum *Henrici Aucupis filius OTTO I. Cæsar*, dictus cognomine Magnus, ut erat rebus gestis profecto magnus, contulit eum Comitatum & ditionem quoque HERMANNO BILLINGO, & postea erant ibi Domini istius hæredes LUDERUS, DITHMARUS, ORTHDOLPHUS, OTTO & MAGNUS, quo sine hæredibus mortuo, cessit Holsatiæ ditio cui-

cuidam GOTFRIDO (videatur hic *Crantzii Metropolis* libro 6. cap. 1. & *Helmoldi Chronicon*, quo quoque per viam universæ carnis abeunte
 LOTHARIUS *Cæsar* hunc Comitatum clementer bellicoso & optimo Hero
 ADOLPHO *Comiti Schowenbergico*, anno Dn. 1114. contulit, qui ita *Storma-*
riam & Holsatiam obtinuit; ADOLPHUS vero Comes cum eam ditionem
 ad annos 17. possedisset & moreretur anno Dn. 1131. reliquit duos
 filios, HARTUNGUM militantem Cæsari & morientem in castris
 ejusdem in Regno Bohemiæ, atque ADOLPHUM virum bellicolum
 & linguarum peritum, cui ademit absenti Holsatiam & Stormariam
Henricus Comes de Badewide (qui tunc Comitatus erat istis locis contiguus)
 sed *Adolphus ipsum* opera & auxilio *Henrici Superbi* vel *Guiljelmi*
 generi Lotharii Imperatoris, & patris *Henrici Leonis* ejecit ex istis locis,
 & quoque sibi totam *Wagriam* subjecit, & armis subegit: interim
Henricus Comes de Badewide fit *Comes in Rakeborg* (quod castrum cum
 urbe est etiam certo Episcopatu destinatum ab *Henrico Leone*, quam
 quam hodie & arcem & urbem *Rakenburg* jure hereditario possideant *Duci*
Saxonia in Lowenberg) ADOLPHUS II. *Comes Holsatia, Stormaria &*
Wagria necatur in *Dithmarsia*: Hic fecit initium urbis *Lubeccensis*, quam
 cœpit ædificare *Adolphus II.* cui erat conjunx *N. filia Comitis in Quer-*
furdt, ex qua genuit *ADOLPHUM III.* bellicosum qui cum *Henrico Leone*
 Electore *Saxoniæ* in Italia fuit, postea quando inter ipsos controversia
 cooreretur, ejecit eum ex *Holsatia* *Leo*, sed eum restituit *Cæsar Fredericus*
Barbarossa: huic erat conjunx *N. filia Otthonis, Comitis de Dassel*
 & cum se socium itineris præberet *Frederico primo* Imperatori, tendenti
 in *Asiam*, atque interim ditionem *Holsatiensem* committeret affini
 suo, *Adolpho Comiti in Dassel* *Otthonis filio*, mox rursus invasit *Holsatiam*
Henricus Leo, tandem res est composita inter *Henricum Leonem*, jun-
 senem, & hunc *Adolphum* per *Henricum VI. Cæsarem*, sic rediit ad suam
Holsatiam *Adolphus III.* & secundo cum *Henrico VI. Imperatore* in *Pal-*
estinam contulit ad terram sanctam, & ibi multa præclara præstitit: tan-
 dem per *Ducem WALDEMARIUM, Regis Dania fratrem*, qui etiam
 post fratrem Rex factus est, ejicitur rursus ex *Holsatia* *ADOLPHUS III.*
 & in illa irruptione *Waldemari* capitur quoque *Adolphus*, sed datus
 obsidibus aliquot Comitibus & Nobilibus liberatur, vivens deinceps in
Comitatu Schowenburgico: Hic reliquit tres filios *Brunonem* *Præpositum*
Magdeburgensem & mox *Episcopum Olmitzensem*, *Conradum* *Comitem*
Schowenburgensem, atque *Adolphum IV.* *Comitem Holsatiam*

Stormariæ & Wagriæ: Hunc exceperunt Holfati & sibi constituerunt Dominum, ejicientes ex castro Segeberge præfectum Regis Daniæ: interea novus Rex in fratris locum creatus *Waldemar*, per insidias manu *Henrici Comitis Schwerinensis* capitur, & diris vinculis in arce *Danenberg* traditur per biennium. Dum hæc aguntur, *ADOLPHUS IV. Comes Holfatiæ* opera patris *Adolphi III.* & auxilio *HENRICI Comitis in Werle* & prædicti *Comitis Schwerinensis Henrici*, item *Gerhardi Archiepiscopi Bremensis*, ejecit Regium vicarium ex Holfatia, videlicet *Albertum, Comitem in Orlemundt*; imo ipsum tandem capit & suo Regi adjunxit in carcere: postremo magna se pecunia redemit *Waldemar* Rex, qui deinceps non quiescens rursus *ADOLPHO IV.* infert bellum, sed iste prædictorum Heroum opera & auxilio, tum quoque præsidio *Burewini Principis Megalburgici* & *Alberti Ducis Saxonie*, cum ei se adjungerent *Lubecensis*, præclare Regem excipit, à quo defecerunt tunc *Dithmaris* & *Comiti Adolpho* accesserunt, ita *Rex cum filio Christofero* in fugam præcipitatur & sic denuo feliciter anno Domini 1226. pugnavit *ADOLPHUS*, & cum *Rex* reitersset pugnam atque nihil præclari præstaret, res est per amicos composita inter eos, ita ut *communi Marte Lubecensibus bellum inferrent*, quanquam res quoque cum *Lubecensibus* componeretur: *ADOLPHUS IV.* feliciter etiam pugnavit contra *infideles Livonienses*, contraxit affinitatem cum *Abele, Duce Schleswicensi*, ducta ejus sorore, quæ ei peperit tres filios, *Luderum* maturius mortuum, *JOANNEM* & *GERHARDUM*: tandem ingreditur pietatis ergo cœnobiū, & fit *Franciscanus*: fit divisio inter fratres, *JOANNES* obtinet *Holfatiam* & *Stormariam*, *GERHARDUS* *Wagriam* & oppidum *Riel*: Hi fratres bellum gerunt cum *Rege Danico Christofero*, eumque in pugna capiunt, sed res est per *Ducem Brunsvicensem Albertum* transacta, cui transactioni ita consensit *GERHARDUS* ut sua filia elocetur *Foanni Duci Brunsvicensi & Lunenburgensi*, quia *Gerhardus* habebat conjugem filiam *Foannis Principis Megalburgici*: *Foannes*, qui à *Lubecensibus* aliquandiu captivus tenebatur, & cum quibus interdum infeliciter pugnavit, habuit in uxorem filiam *Alberti Ducis Saxonie*: ex *JOANNE* nati sunt *JOANNES II.* *ADOLPHUS V.* *Albertus* & *unica filia* elocata *Othoni Brandeburgico*: *ADOLPHUS V. Foannis I. filius* habuit in uxorem *Mistiwoi Principis Pomeranici* filiam *N.* & discedit absque hæredibus, & ex *JOANNE II.* & matre *Comitissa Wunstorpiana* nati sunt tres filii, absque hæredibus mortui, deinde idem *JOANNES* pater ex secundo matrimonio, quod contraxit cum *vidua*

Regis Daniae *Erici*, genuit JOANNEM III. & *Christoferum*, qui ex alta fenestra in fossas cadens moritur. JOANNES III. dictus *largus* genuit *Adolphum* à quodam Nobili interemptum: GERHARDI (qui erat *Adolphi* IV. qui Franciscanus fiebat, filius) ex Principis *Megalburgici Joannis* filia, filii erant *Henricus* & GERHARDUS *cacus*, qui fit Comes in *Schowenberg*/ mortuis patris *Magno* & *Conrado*, & ex hoc GERHARDO CAECO nati sunt GERHARDUS III. & *Adolphus* VI. *Henricus* & *Otto* qui duo posteriores, in Comitatu *Schowenburgico* habentes sedes, absque hæredibus mortui sunt: GERHARDUS III. obtinuit *Holsatia* Comitatum & finitima Dominia, & genuit GERHARDUM IV. & plures filios: Ex *Gerharo* IV. genitus est JOANNES IV. HENRICUS vero *Gerhardi* III. frater duxit neptim Archiepiscopi *Bremensis* *Giseberti* ex fratre *Plorantino* Comite de *Brunckhorst* & genuit ex ea, GERHARDUM V. dictum magnum, & *Joannem* absque hæredibus mortuum: GERHARDUS V. bonam operam in studiis navavit & pauperrime vixit, tandem in publicum productus magnalia gessit: ejus conjunx erat filia *Joannis* *Ducis* *Saxoniae*, quæ ei peperit HENRICUM *ferreum*, JOANNEM V. & *Nicolaum*, Pater *Gerhardus* V. interimitur in *Furlandia*: *Joannes* V. filius cecidit in acie *Danica*, & *Nicolaus* moritur in *Holsatia* absque hæredibus, interim is se admodum affabilem & benevolum subditis suis præbuit. HENRICUS *ferreus* militavit *Suecorum* Regi, & in *Italia*, in *Anglia* & in *Galliis* (quem etiam *Leones* metuebant) hic genuit GERHARDUM VI. (cum quo feliciter pugnavit in *Dania*) *Albertum* & *Henricum* Episcopum *Osnaburgensem*. *Albertus* habuit conthoralem *Erici* *Ducis* *Saxoniae* filiam, quæ caruit hæredibus: sed GERHARDUS VI. fit *Dux* *Schlesvicensis* & duxit uxorem sororem *Ducum* de *Brunswig* & *Lüneborg* *Henrici* & *Federici*, & genuit *Henricum*, *Adolphum* & *Gerhardum* VII. atque *Hilwigam* *Theodori* *Comitis* *Aldenburgici* & *Delmenhorstani* conjugem, quam nonnulli historici ineptè *Elizabetham* nominarunt: cum mortuus esset *Albertus*, & *Gerhardus* VI. primus ex *Holsatia* Comitibus *Dux* *Schlesvicensis* bellum *Dithmarsis* inferret, miserè in ea ditione palustri per dolam cæcum ventus occiditur relictis parvulis *Gerhardus*. Quod cognovisset *Henricus* *Episcopus* *Osnaburgensis*, istorum patruus, relicta ditione *Osnaburgensi* præfuit *Nepotibus* suis ut tutor, sed tutorium hoc officium fuit ipsi laboriosum, nam per *Danos* multis obruebatur bellis, donec festinavit vitam degeret quietam in *Cœnobio* *Bardersholm*/ traditis prius in manus *Nepotis* sui *Henrici* castris *Segeberge* & *Nendesborg*/ qui cum manu

ad gubernationem applicuisset, sensit ille cum fratribus varias Danorum incursiones, quia ipsis multa intulit bella, *Rex Dania Ericus, repetens Schlesvicensem Ducatum*, sed ipsi advocatis ad se copiis & præsiidiis *Ducum Brunsvicensum imprimis Wilhelmi, & Ducum Saxonie feliciter pugnarunt*: interim per legatos Cæsareos est aliqua pax stabilita.

Verum rupta pace bellum est per Regem Daniae Ericum redintegratum & renovatum, ibi fratres, *Comites Holsatia*, cinxerunt urbem *Slensborg* / & in illa obsidione interimitur Dux *Henricus* in conflictu, ibi mox adest frater cohortans ad animositatem milites & ipsos Centuriones: ibi industria *Wilhelmi* (dicti *Gotteskofe*) Ducis *Brunsvicensis* & *Luneburgensis*, & auxilio *Lubecensium civium*, non solum Danis multum damni infert, sed urbem *Slensborg* capit & invadit: Tandem cum *GERHARDUS VII. Comes Holsatia* vel secundus Dux *Schlesvicensis*, duceret conjugem *Annam Marchionis Badensis* filiam & ea, *mensis septimo* ex ipso duplicem enixa esset *prolem masculum & femellam*, hoc male habuit *ADOLPHUM*, primum ejus nominis *Ducem Schlesvicum*, sed *Comitem Holsatia* 7. ejus nominis, ideo persequitur *Gerhardi* fratris conjugem dicens, eam esse adulteram, quæ utramque prolem non pepererit ex suo fratre, imo utrumque infantem non posse esse progeniem unius viri, hoc est *Gerhardi* fratris: interim contrarium referebant periti & sagaces Medici, deinde *Nobiles matronæ*, in hoc casu consultæ, atque ancilæ harum rerum peritæ, quando interrogarentur, dixerunt id posse naturaliter fieri & sæpe factum esse, etiam per experientiam, demonstrari posse: verum ille persistit in sententia, ideo isti *Principissæ* infidiatur & eam ad extremum usque persequitur Dux *ADOLPHUS* & ad tantas redigit angustias, ut ex *Holsatia* fugere cogeretur, ut sic in patriam tenderet, quam in secutus maritus *Gerhardus*, ut non sine dolore deduceret ad patrios lares conjugem, ex magno mœrore incidit in ægritudinem, qua mox in itinere absimitur moriens *Embrica Clivorum*: Ex his infantibus *Gerhardi* demortui in communem ordinem virginum vestalium per Ducem *Anholdinum femella* relata est *masculus* *heres* in adolescentia cecidit, sed Deus novit, quomodo ceciderit (vide hic *Albertum Crantzium* in *Saxonia* libro II. cap. 21.) interea nullam ex sua conjugem, *Comitissa Mansfeldica* habuit prolem *Adolphus*, propterea sæpe non sine suspiriis mortem istius ex fratre *Gerhardo* sui *Nepotis*, quem antea tantopere rejecerat, deploraverat, & eum superesse optaverat: tandem in sua senectæ ad se recepit suum quoque *Nepotem* ex

sorore *Heilwiga*, conjuge *Theodori Comitis Aldenburgici & Delmenhorstani*, Herois corpore & animo præstantissimi, CHRISTIANUM, Theodori natum maximum filium, & eum educavit atque heredem Ducatus *Schleswicensis & Comitatum Holsatiae, Stormariae & Wagriae* constituit, num erata *Othoni Schorvenbergico Comiti* certa pecunia summa, qui tamen, ibi priorem suam *Holsatiae* partem retinuit, quam etiamnum hodie ejus obtinent haeredes: Cum vero post mortem Regis Danorum *Christofori* à proceribus & Statibus Regni eligeretur *ADOLPHUS Dux Schleswicensis & Comitatus Holsatiae in Regem*, renuit oblatam dignitatem, prætendens senium, & lensque tamen illam translata in nepotem suum CHRISTIANUM, natum *Aldenburgensem & Delmenhorstanum*, Theodori filium, juvenem robustum, statura & corpore egregium (cujus proceritas etiam Romae, ipsi Papæ Sixto, Cardinalibus, Episcopis & Prælatibus omnibus stupor fuit, licet ignorantia in eo Latinæ linguæ esset ingrata teste *Cranmer* libro 12. Saxoniae cap. 12.) ideoque cautè & prudenter eum proposita addita hac accedente causa, quod hic suus ille *Nepos* CHRISTIANUS posset commode contrahere nuptias ad Regni totius utilitatem, cum *Regia vidua*: Ita cum in procerum Regni conspectum venisset *Juvenis Herois*, certe ipsius Heroicus & plane Regalis animus ac gestus, sibi omnium eum intuentium conciliat favorem, ita communi suffragio à Statibus Regni anno Dn. 1460. *eligitur Rex Daniae*, & mox eidem traditur in matrimonium *Dorothea, vidua Regis Christoferi*, & nata ex *Marchionibus Brandenburgensibus*, patre *Joanne*, qui erat filius *Frederici Electoris*: deinde iste CHRISTIANUS primus ejus nominis *Rex Daniae*, vocatur quoque ad *Regna Norvegiae & Sueciae*, ubi similiter declaratur *Rex*. Cui propter *Ducatum Schleswicensis & ditiones Holsatiae, Stormariae & Wagriae* fuit varia controversia cum fratre *Gerharo Comite Aldenburgensi & Delmenhorstano*, qui ex prædictis istis ditionibus voluit sibi legitimo jure dimidiam non minus partem vindicare atque *Rex* tanquam hæres sui avunculi *Adolphi Ducis & Comitis*, sed *solus Christianus* in eas sibi retinuit, prætendens transactionem semel cum fratre *Gerharo* inter eos videlicet ut certa aliqua pecunia placaretur. *Rex Christianus* Romam devotionis causa proficiscitur, splendideque à Papa & Cardinalibus excipitur & per totam *Italiam & Germaniam* à principibus passim regaliter & pompose suscipitur, tandem ex itinere deflectens tendit ad *Caesarem Fredericum III. Maximiliani I. Patrem*, à quo cum splendide haberetur, ita ab illo impetrat jus in totam *Dithmarsiam*, & titulum *Ducis*.

lem super divisiones *Holsatia Dithmaria & Stormaria*, quem ab eo tempore & sibi Rex & sui filii ac nepotes atque posterii usurparunt.

CHRISTIANUS Rex ex sua conjugē *Dorothea* genuit *Olaum* in pueritia mortuum, JOANNEM Regem & successorem in Regno (cujus uxor erat *Christina* soror *Frederici III.* & *Joannis I.* Electorum Saxoniae, *Ernesti* filia) & FREDERICUM Ducem *Schlesvici, Holsatia, Dithmaria ac Stormaria* (cujus prior conjunx erat *Joannis* Electoris *Brandenburgici* filia *Anna*, soror Electorum duorum *Joachimi I.* & Cardinalis *Alberti Moguntini*, & secunda erat *Sophia* Ducissa *Pomeranica*) Admodum tenuiter sustentabat fratrem *Fredericum* Rex *Joannes*, qui sororem *Margaretham* *Scotorum* Regi elocavit: Cum vero *Fredericus* conquereretur de iniqua divisione Ducatum hereditariorum, tamen hæc surda aure audivit ejus frater Rex *Joannes*, imo potius ei minaciter respondit. Regni *Joannis* initium erat post demortuum patrem anno Domini 1482. 22 Maji, & duravit usque ad annum 1513, & fuit ipsi Regimen in *Svecia* laboriosum. *Joannes* autem Rex & ejus frater *Fredericus* Dux, implorata multorum Heroum ope bellum anno Dn. 1500. intulere *Dithmarsis*, sed infeliciter pugnatum est, in ipsa hyeme in *Februario*, quia Rex & Princeps in fugam acti, & ceciderunt ibi duo Comites *Aldenburgici* & *Delmenhorstani*, *Adolphus* & *Otto*, & 62. equites Nobiles, inter quos aurati equites & milites erant: Atque perierunt a parte Regis 4 millia: sed *Dithmarsis* permanserunt tunc victores, quos post annos 59. *Frederici* tunc Ducis & postea Regis filii & nepos, FREDERICUS II. Rex *Dania*, JOANNES SENIOR & ADOLPHUS Duces *Holsatia, Schlesvici, Stormaria & Dithmaria*, bellico Marte subegerunt & sibi *Dithmarsis* plane subjecerunt: in ista infelici pugna fratrum Regis *Joannis* & Ducis *Frederici* perierunt ex Nobilibus de *Alefeldia* decem & ex Nobili *Rantzoviorum* familia quatuor fortes Heroes. JOANNI Regi erant liberi *Franciscus*, moriens in pueritia, & CHRISTIANUS II. quem *Christiernum* Dani vocant (qui anno Dn. 1513. cepit post demortuum patrem regnare) & filia *Elizabetha* elocata *Joachimo* primo Electori *Brandenburgico*: *Christierni* conjunx erat *Isabella* *Philippi* *Hispaniarum* Regis & Ducis *Burgundiae* & *Brabantiae* filia, & soror *Casarum* *Caroli V.* & *Ferdinandi I.* ex qua nati sunt *Dorothea*, *Frederici II.* Electoris *Palatini* conjunx, *Joannes* maturius decedens ex hac vita, in aula *Avunculi* *Caroli V.* Princeps alioqui doctus, & *Christina* elocata *Duci* *Lotharingia*. Cum autem hic *Christianus II.* vel *Christiernus* inciperet Tyrannicè cum subditis agere, & in proprios Contiliarios & aulicos gladio

faviret, incepterunt Status Regni Suecia eum ejicere, & postea Proceres
 Regni Dania publicè de ejus violentia conqueri, atque isto demum
 repudiato elegerunt ejus patrum FREDERICUM Ducem Holstia
 Principem pacificum, & cum varia tentaret jam ejectus Christianus
 tamen opera Lubecensium & de consilio strenui, animosi, bellicosique
 equitis aurati Joannis Rantzovii, non sine difficultate invadit & obtinet
 Regnum Dania, atque tandem capto Christierno vinculisque tradito, per
 annos decem piè regnum administravit FREDERICUS I. Erant uxor
 FREDERICI primi Regis ex primo conjugio liberi, CHRISTIANUS
 post patrem Rex, nomine tertius, Dorothea Alberti Ducis Brunsvicensis
 junx: ex secundo JOANNES senior Dux Schleswici & Holstia, Princeps
 pius, Adolphus Heros bellicosus, Elizabetha Ducis Megalburgici
 conjunx, sancta matrona, Fredericus Episcopus Hildesimensis & Sch
 swicensis, Coadjutor Bremensis, & Dorothea Ducis Megalburgici
 Christierni uxor: mortuo Frederico I. Rege, quando pro captivo Christierno
 rege arma sumerent & regnum invaderent Albertus Dux Megapolensis
 & Christoferus Comes Aldenburyensis, & interim communi procerum su
 fragio vocaretur ad regnum CHRISTIANUS III. Frederici I. primogeni
 tus, magno labore is intrat in Daniam, & in ista sua difficultate, saepe
 utitur consilio industriaque, imo bellico Marte fortis ac generosi mili
 tes aurati Joannis Rantzovii, & tandem debellatis hostibus Regnum
 Dania obtinet: Hic Monarcha fuit Princeps pientissimus, pacificus &
 Christianus re & nomine, qui curavit in utroque regno, magno zelo,
 sicut antea ab eo factum erat, in Ducatibus hæreditariis, plantari do
 ctrinam Evangelii: hujus conjunx erat Dorothea Magni Saxonie Ducis
 filia & Francisci Ducis Saxonie, Angrivaria & Westphalia soror, que
 genuit Annam Electoris Saxonie Augusti conthoralem, FREDERICUM II.
 Regem Dania primo subigentem cum patris Joanne & Adolpho Ducibus
 (quando ei copias adduceret Antonius Comes Aldenburgicus cum fili
 Joanne) Dithmarsis & per annos 10. bella feliciter gerentem cum
 Schwæcorum Regibus, Erico & Joanne (qui ex Sophia Megalburgica Du
 cissa CHRISTIANUM IV. designatum Regem, Ulyricum Ducem, Elizabetham
 & Augustam genuit) Magnum Ducem vel Gubernatorem in
 Livonia & Churlandia, Joannem Ducem Holstia (cujus conjunx est Elizabetha
 Ducis Brunsvicensis Ernesti de Grubenhagen filia, ex qua ei multi
 liberi nati sunt, Christianus, Ernestus, Joannes, Adolphus, Dorothea, Margareta,
 & alii) atque Dorotheam Wilhelmi Ducis Lunenburgensis conjugem.

Hi sunt liberi pii Regis Christiani. Cum *Joannes frater Christiani III. & patruus Frederici II. Regis*, nullam duceret uxorem, tunc inivit conjugium ejus frater *Dux Adolphus cum Christina Philippi Langravii Hassia filia, soror: Wilhelmi*, ex qua ipsi nati sunt *Fredericus, Philippus, Joannes Adolphus, Sophia & alii plures*: In ea parte horum Ducatum, quæ paret Regi Frederico II. est *Regius Vicarius Nobilis & strenuus vir, sapientia virtute & doctrina præstans, Dominus Henricus Rantzovius, Dominus in Bredenburg/Rantzovisholmia, Vandesburgo & Tusculabecano*, certe celebris & magni consilii, sagacis ingenii atque veræ pietatis Heros, omnium piorum & doctorum patronus, Magni istius Equitis aurati *Joannis Rantzovii clarissimi & Nobiliss. Capitanei & militaris exercitus ductoris, qui Fredericum I. & Christianum III. Reges* sua industria, fortitudine & bellica manu evexit ad Regnorum duorum gubernationem & possessionem, lectissimus filius: *Henrici Rantzovii vicarii Regii sunt filii Nobiles & generosæ indolis Franciscus, Bredenus, Fredericus, Cajus, Joannes*: Habent Ducatus hi, ut *Holsatia, Stormaria, Wagria & Schleswicz*/ egregias Nobilium familias (quarum Dominia & Jurisdictiones sunt admodum amplæ) ut de & *Rantzow/ Alvelde/ Wiske/ Reventlow/ Ratlow/ Boekwolde/ Nummor/ Broickdorpe/ Boggenwische/ Schnickel/ Blome/ Stake/ Cestede/ Walstorp/ Meinsdorff/ Breide/ Damme/ Swin/ Høken/ Parsow/ Krummedick/ Wiltberg/ Siggen/ Qualen/ Batensdorff/ Porsfelt/ Kotelberg/ Wolff/ Bornckstorp/ Mestorff/ Kule/ Hadelen/ Reten & similes*.

Hæc in gratiam & honorem illustrissimi & præstantissimi Principis ac Domini, Dn. JOANNIS, *Ducis Schleswici, Hæredis in Norwegen/ Ducis Holsatia, Stormaria & Dithmarsia, Comitis in Aldenborg & Delmenhorst/ Christiani III. Regis filii & Frederici II. Regis fratris*, Domini mei clementissimi scripti & collegi.

I. In hac litera nihil deducendum habeo:
ut nec in litera K.

L.

LUNEBOURG, Ducatus, diximus in litera B. quando *Brunsvicensium Ducum Genealogiam celebrem* dedimus, postquam una & eadem sit *Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium Genealogia*, quomodo-

modo in OTTHONE (qui fuit nepos *Henrici Leonis* ex filio *Wilhelmo* ipse & sui posterii amiserint titulum Ducum Saxoniae, & à *Frederico II. Cesare* acceperint titulum Ducum *Brunsvicensium & Luneburgensium*, & ibidem deduximus communem eorum Ducum Genealogiam, usque ad *Othonem & Fredericum Bernhardi filios*, possidentes Ducatum *Luneburgensem*. Jam ab iis continuabo Genealogiam in honorem Juniorum Principum ac Illustrissimorum Heroum magnae spei & expectationis, *Dn. Ernesti, Dn. Christiani & Dn. Augusti*, Ducum *Brunsvicensium & Luneburgensium*, excellentissimi Principis & pientissimi *Henrici Dn. Wilhelmi*, filiorum Dominorum clementissimorum.

OTTHO, *Bernhardi filius* ex *Schorvenburgica Comitissa N.* non habuit prolem, ideo duxit *FREDERICUS* Oththonis frater, *Magdalenam Brunsvurgicam*, & ex ea genuit *Bernhardum & Othonem*, *Bernhardus* erat postulatus ad dioecesin *Hildesimensis*, sed resignato jure istius dioecesis ducit *Mechildam Schorvenburgicam Comitissam*, atque non reliquit haeredes. OTTHO duxit *Nassoviensem Comitissam* nomine *Annam*, & ex ea genuit *Henricum*, qui cum *Henrico seniore* *Wilhelmi* filio Duce *Brunsvicensis*, & *Erico* istius fratre pugnavit contra *Phrisos* anno *Dn. 1514*, & eidem *Henrico* ac *Erico* Ducibus anno *1519*, intulit bellum & feliciter contra eos pugnavit: hujus conjunx erat *Margaretha Ernesti Electoris Saxoniae filia*, & *Frederici III. dicti Sapientis & Joannis I. dicti Constantis Electorum* soror: Ex *HENRICO* & *Margaretha* Principibus nati sunt hi liberi, OTTHO, de quo postea dicemus, *Catharina Caroli Gelarii Ducis* conjunx, *Elizabetha Bernini Pomeranici Ducis* uxor, *ERNESTUS* (cui erat conjunx *Sophia*, *Henrici* verè pii Ducis *Megalopolensis* filia & *Magni docti Herois* soror, & hic *ERNESTUS* Princeps cum fratre *Francisco* subscripsit anno *Dn. 1530*. *Augustanae Confessionis*) *Franciscus Dux* (qui ex *Clara Ducis Saxoniae Magni* filia & *Francisci* sorore genuit *Catharinam Henrico Burgrasio Misnensi* elocatum, & *Claram* primo *Bernhardi* Principis *Anholdini*, & deinde *Pomeraniae Ducis Butzlai* conjugem) *Apollonia* celebs permanens.

Ex *ERNESTO* gubernatore patriæ & *Sophia Megalburgica*, nati sunt hi liberi, *Franciscus Otho* (qui ducta *Elizabetha Magdalena Juniorum mi II. Electoris Brandenburgici* filia, statim moritur paulo post nuptias Ducales) *Fredericus* occumbens in pugna *Sivershusiana*, *Henricus* (cujus conthoralis est *Ursula Francisci Ducis Saxoniae Angrivariae & Wipshaldensis* filia, & *Henrici Archiepiscopi Bremensis & Administratoris Osnaburgensis*)

& Paderbornensis soror, ex qua Duci Henrico nati sunt *Julius Ernestus*, *Franciscus*, *Augustus*, *Elizabeth/ Ursula* & plures liberi, *Margaretha relicta* vidua *Joannis Comitis de Mansfeld* **WILHELMUS** gubernator patriæ (de quo dicam postea) *Elizabeth/ Ursula*, vidua *Othonis Comitis Schorvenbergici*, *Ursula* moriens mature, *Catharina* cælebs permanens, *Apollonia* moriens, *Magdalena Arnoldi de Bentheim & Stenfordt Comitis* vidua, *Sophia Popponis Principis Hennenburgici* vidua. Nunc redimus ad *Wilhelmum*, **WILHELMUS**, *Ernesti filius*, gubernator patriæ duxit uxorem *Dorotheam Christiani III. Dania Regis filiam* & *Frederici II. Regis Danorum sororem*, & ex ea genuit *Sophiam*, conthoralem *Georgii Frederici Marchionis Brandenburgensis*, Ducis *Borussia & Pomerania*, *Burggrafii Nurenburgensis*, *Ernestum*, *Elizabetham*, *Christianum*, *Augustum*, *Dorotheam*, *Claram*, *Annam Ursulam* & plures filios & filias illustres: Hic *Wilhelmus* ob pietatem valde commendatur. Nunc ad **OTTHONEM** *Henrici Ducis primogenitum*, *Ernesti & Francisci Ducum fratrem* & patrum *Henrici junioris & Wilhelmi junioris Ducum*, tendo. Hic **OTTHO** *Anna* ex Nobilibus de *Campen* in uxorem ducta, elegit sedes in *Harborg/* & genuit **OTTHONEM** doctum & prudentem Principem, cujus fuere duæ conjuges, prior ex Comitibus *Schorvartzburgicis* nata, marito peperit **OTTHONEM**, *Henricum* & *Joannem*, *Fredericum* atque *Elizabetham*: secunda est *Heylvviga Comitissa Orientalis Phrisia*, ex qua ipse genuit *Wilhelmum*, *Ennonem* (mortuum) *Heylvvigam*, *Henricum* (mortuū) *Christoferum*, *Othonem* & *Joannem*.

Ducatus *Luneburgensis* est vastus & amplus atque se ab *Albi* usque ad *Visurgim* extendit & clauditur dicecesibus *Magdeburgensi*, *Bremensi* & *Verdensi*, item Ducatibus *Brandenburgico*, *Brunsvicensi*, *Saxonia inferioris* & *Holsatico*, atque Comitatibus *Schorvenbergico* & *Hoyensi* atque *Wunstorpenfi*.

M.

MECKLENBORG, *Megapolensis*, modo Ducatus cinctus est regionibus *Ducum Saxonia inferioris*, *Pomerania*, *Holsatia* & ad mare *Balthicum* situs: Fuerunt olim ibi *Reguli Obotritorum*, deinde *Principes* & tandem *Duces*: ideo moderni *Duces* ultra annos centum hunc sibi titulum & eas etiam ditiones usurparunt & possident, ut sint *Duces Megapolenses*, *Principes gentis Henera*, *Comites Suerini* & *Domini Rostochii & Stargardia*. Proprio quodam scripto absolutam Genealogiã ho-

horum Ducum dedit clarissimus ac accuratissimus historicus Dn. *D. Chytraeus* atque quædam istorum, quando ad annum Christi 1349, venit & ad imperium Caroli IV. delabitur, repetit in sua elegantissima Chronologia, ubi Principum suorum Megapolensium certam sed brevem Genealogiam subjicit. Ego interim ut aliquid ex *Alberti Crantzi* Vandalia, præsertim ex libro 7. & cap. 42. atque reliquis capitulis de horum præstantissimorum Ducum, in honorem illustrissimi & præstantissimi Ducis Dn. *Ulrici*, & ejus ex fratre Nepotum, ut spei maxime atque expectationis non exiguae, Principum Generosissimorum Inclytorum, ut *JOANNIS & SIGISMUNDI AUGUSTI Ducum Megapolensium* Genealogia subjiciam, quantum habere potui, ordo prelat & honor ejus Ducalis familiae: oro interim prædictum historicum celebrem & doctissimum virum D. *Davidem Chytraum*, ut hæc notæ corrigat, si alicubi erravero.

JOANNES fuit *Vandalia Dominus*, pater *Henrici* per annos captivi, ex quo nascitur *HENRICUS Princeps Megapolensis*, qui dux primo *Beatricem* filiam *Alberti Marchionis Brandenburgici*, ex qua genuit *Mechtildin Otthonis Luneburgici Ducis conthoralem & secundam* duxit conjugem *Annam, Rodolphi Electoris Saxonie* sororem, ex qua genuit *Henricum* morientem & *ALBERTUM & JOANNEM* successores. Sed hæc est potior successio & stemma istorum Ducum.

HENRICUS Burewini Principis Vandalorum filius, nepos Pribislai primi in hac gente Christiani Principis (cujus frater *Nicolaus* moritur ex ruina domus in *Godesbusch*) ex *Sophia filia Regis Svecie* sustulit filios, *JOANNEM NICOLAUM, BUREWINUM & PRIBISLAUM*, qui filii quatuor dividerunt terram paternam. Senior fratrum *JOANNES* accepit pro sua portione *Megapolensem ditionem*, *NICOLAUS* accepit in *Güstrow Principatum Wandalia*, *Burewinus* Dominatum in *Dominio Rostochiensis & Pribislai Stargardiensem Principatum cum Dominio in Rechenberge & in oppido Puchum*. *JOANNES* assumens gradum *Magisterii in Theologia*, ex *Hennegica* conjugem genuit 6. filios, inter quos fuit & *HENRICUS* proficiscens religionis ergo, *Hierusalem*, qui reliquit *HENRICUM & JOANNEM*, *HENRICUS* dictus præ magnitudine animi *Leo*, genuit *ALBERTUM & JOANNEM* qui sunt à *Carolo IV. Imperatore* creati *Duces Megapolensis*: *ALBERTUS Dux Megapolensis* reliquit *HENRICUM* gravem animadversorem in la trunculos, *ALBERTUM Regem Svecie* (cujus uxor erat *Rixa Otthonis Schwerinensis Comitis filia*) & *MAGNUM*. *JOANNES* *Alberti frater & po*

mus cum illo Dux creatus à Carolo IV. reliquit filios, ULRICUM, *Joannem* & *Rodolphum* Sverinensem Episcopum, atque *Albertum* Torpetensem Episcopum in Livonia: Ex ULRICO Duce nascitur HENRICUS, qui rursum genuit ULRICUM, qui sine hæredibus discessit.

Interim JOANNES, *Joannis primi Ducis filius & Ullrici primi frater* reliquit JOANNEM III. in quo & illa linea defecit, & sic rediit ad ALBERTI *primi creati Ducis stirpem*. HENRICUS dictus suspensor, ejus filius habuit filios ex *Regis Dania Waldemari filia Ingelburga*, *Albertum* deficientem in linea, & MAGNUM propagatorem patriæ & stirpis: Hic MAGNUS reliquit ex uxore *Ducissa Pomeranica Bugislai filia Elizabetha* JOANNEM *fundatorem Rosochianæ Academia*, iste ex *Domina Catharina* genuit HENRICUM & *Joannem*; HENRICUS cognomine *pinguis* genuit *Albertum*, *Joannem*, MAGNUM & *Balthasarum*, tres ordine abeunt sine prole: Solus MAGNUS reliquit hæredes ex *Sophia Pomeranica Erici II. filia* HENRICUM, *Ericum* & ALBERTUM. Hic desinit *Crantzius*. Interim ego pro mea ruditate pergam continuare stirpem: Erico deficiente sine mascula stirpe, *diviserunt Ducatus Henricus & Albertus fratres*, quorum soror erat *Sophia*, *Joannis Electoris Saxonie*, dicti cognomine *Constantis* fratris *Frederici III. Electoris* (dicti cognomine *Sapientis*, qui fundavit *Academiam Wittebergensem*) *conthoralis* atque mater *Joannis Frederici* Electoris Saxonie dicti duplici nomine *magnanimi*, quæ eo partu obiit. HENRICUS Dux *sapiens & pius Princeps* imo Princeps pacificus & pater patriæ (qui obiit anno Domini 1552.) tres habuit ordine *conjuges* primò *Ursulam* *Marchionis Brandenburgensis filiam* (quæ ei peperit *Ursulam* *Lantgraviæ Wilhelmi* conjugem & matrem *Philippi* nostro tempore bellicosi *Lantgraviæ Hassiæ*, qui subscripsit *Augustanæ Confessioni* Anno Domini 1530. & MAGNUM Principem verè doctum & pium (qui ex *Elizabetha Dania Regina* non sustulit prolem) atque *Sophiam Ernesti Lunenburgici Ducis* *conthoralem*; secundo duxit *Helenam Palsgraviæ Rheni*, quæ ei peperit PHILIPPUM, & aliquot *filias* maturè morientes: tertiam verò duxit *Ursulam Ducis Magni Saxonie filiam* & sororem *Francisci Ducis Saxonie, Angrivariæ & Westphaliæ*, ex qua nulla ei proles nascitur. ALBERTUS verò *Henrici Ducis* frater duxit *Annam* *Joachimi I. Electoris Brandenburgici filiam* & sororem *Joachimi II. Electoris* atque *Joannis fratris*, & genuit *Joannem Albertum* Principem doctum atque pium, omniumque *Studioforum patronum & strenuum* veræ religionis & libertatis simul *Germanicæ assertorem*, *Ullricum* Principem religiosum (cujus conjunx est pia matrona *Elizabetha Regis Da-*

nia Frederici I. filia & relicta vidua docti & excellentis Ducis Magdeburgensis Magni, Henrici filii, quæ Ulrico Duci peperit Sophiam Frederici II. Daniæ Regis conjugem) Georgium cum Electore Mauritio contra Magdeburgenses & postea contra alios fortiter pugnantem, & ita bellico Marte pereuntem, Christoferum administratorem Diacensium Raczburgensis, (cujus sunt duæ conjuges, prior Dorothea Frederici I. Regis Daniæ filia, altera Svecica Gustavi Regis Sveciæ filia & soror Erici & Joannis Regum, & Carolum, commendatorem in Mirow / & filium N. D. Gotthardo Kettlero Westphalo Duci Churlandia & Semigallia Primæ elocatam: Ex Joanne Alberto & Anna Sophia filia primi Ducis Brandeburgensis Albertus Marchionis Brandenburgici, Principis verè pii & sapientis, cui sunt Joannes & Sigismundus Augustus, magnæ spei Principes &c. Habent Joannes Munsterus in Cosmographia sua, item Doctor Simon F. Schwerinensis in parte tertia suæ Methodi Theologicæ, paulo aliter recitatam genealogiam horum Ducum: ego interim quæ reperi, recitavi &c. Cuilibet sit liberum sequi hoc, quod ei placuerit. In veteri Saxonie Chronico legitur quod anno Domini 1239. Guntelinus Comes in Swerino extruxerit & ædificaverit urbem Wismariam.

Nihil in litera N. O. P. Q. R. scribendum habeo.

S.

SAXONIA inferior. Ego hic recitabo genealogiam Ducum inferioris Saxonie in Lauenborch / qui se etiam scribunt Ducis Angriaria & Westphalia, in honorem & gratiam excellentissimi Archiepiscopi Bremensis, amplissimi Administratoris Osnaburgensis & Paderbornensis, Domini HENRICI illustrissimi Ducis Saxonie, Angriaria & Westphalia & de his quædam ex Cosmographia Sebastiani Munsteri, & ex libro Georgii Fabricii, quo recitat Catalogum Electorum Saxonie, tertio ex antiquo Saxonum Germanico Chronico, quarto ex Chronicis Principum Anholdinorum, autore Ernesto Brotuffio congeram: interim litera A. in Genealogia Anholdinorum Principum aliquid dixi de his Ducibus: videam etiam de horum Principum Genealogia lector Albertum Crantzium in Saxonie libro 9. cap. 19. & 20. deinde Andreæ Hoppenrodium in primæ Stammbuche.

Hæc habet Georgius Fabricius in catalogo Electorum Saxonie. BERNHARDUS Alberti Ursi filius ex familia Anholdina post ex auctoritatem Henricum Leonem, creatus est Elector in conventu Wurzburgico anno

anno Domini 1180. & ædificavit arcem Lauenborch & dirutam ab *Henrico Leone* denuo instaurat. *RODOLPHUS primus, Bernhaldi* istius pronepos, *Alberti* primi nepos & *Alberti II.* filius ad se transtulit *Marchionatum in Lauenborch* & hunc sibi usurpavit titulum: Nos *RODOLPHUS Deigratia Dux Saxonie, Angaria, Westphalia, Comes in Brien / Burchgravinus in Magdeborch* sacri Romani Imperii *Archimarscalcus* (Comitatum in *Brein* acceperat ab amita sua *Elisabetha*, quæ *Conrado ultimo Bremensi Comiti* fuit nupta) Huic in Electoratu succedit *RODOLPHUS II.* filius ex *Futta Otthonis Marchionis* filia, cui litem intendit de Electorali Dignitate *Ericus II. Dux Saxonie Leoburgius*, sed causa cecidit & à jure successione est exclusus: huic succedit *WENCESLAUS Rodolphi II.* Electoris frater, qui ex *Cacilia* filia *Francisci Carrariensis*, Principis *pavani*, *RODOLPHUM III.* successorem & *ALBERTUM III.* quoque Electorem genuit, quo mortuo absque hæredibus masculis, eam dignitatem ut propior hæres in mascula linea, *Ericus Dux Saxonie in Lauenborch* ambivit, sed patitur repulsam. Hactenus *Fabritii* sententiam audivimus: jam etiam audiamus *veteris Chronici Saxonici* descriptam de his Principibus Saxonie in *Lauenborch* Genealogiam. *ALBERTUS I.* *Bernhaldi* filii *Alberti Ursi* gnatus Elector ex *Mechilda* (quam *Georgius Fabritius Helenam* vocat) filia *Otthonis Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis*, genuit filium *ALBERTUM II.* qui ut ait *Chronicon Saxonicum* vetus, genuit *Rodolphum I.* teste etiam *Fabritio*, ex *Agnesa Imperatoris Rodolphi I.* filia, qui ducta *Anna Palsgravia* genuit *JOANNEM*, sed ejus tres uxores *Georgius Fabritius* numerat, ut *Futtam Brandeburgicam*, *Otthonis* filiam, quatuor filiorum matrem, *Cunegundim Polonicam*, *Agnezam Comitissam Lindaviensem*: Inter illos filios fuit sine dubio *JOANNES* quoque, qui tunc Ducatum inferioris Saxonie obtinebat, atque *Chronicon Saxonicum* vetus refert etiam *OTTHONEM* inter *Alberti II.* filios & vocat eum *Rodolphi II.* fratrem, qui ex *Regis Dalmatie filia Lofa* non sustulit prolem: ideo ex priore *JOANNE primo Rodolphi filio* liberi nati sunt, qui ducta *Helena Ducis Scleswicensis* filia genuit *JOANNEM II.* & quatuor filias. Sequitur stirps: *JOANNES II.* duxit filiam *Erici Regis Norwegie Gelburgam*: quæ marito peperit *JOANNEM III.* & *Albertum*, *JOANNES* duxit *Ducis Vandalie* filiam *Metiam*, *Albertus* vero *Sophiam Langrassii Hassia* filiam, ex *JOANNE III.* & *Meta* conjugate natus est *ERICUS Dux*, & *Helena* filia desponsata *Comiti Schoenbergico*: Hic *ERICUS* curat sibi desponderi *Elizabetham Ducis Sicini* filiam, & genuit *ERICUM II.* & *ALBERTUM*; *ERICUS* duxit

Holstenianam Agnezam, ex qua ei genitus est ERICUS III. cui detracta est Electoralis Dignitas: ALBERTUS vero *Erici II. frater* duxit *Sophiam Comitissam in Siegenhagen* / ex quo non legi quendam natum esse: ERICUS III. (cui ademptum est Electoris munus & in *Fredericum Marchionem Misnensem* translatum à *Sigismundo Casare*) duxit *Catharinam Ducis Brunsvicensis Magni* filiam, quæ ei peperit Ducem *Magnum Episcopum Caminensem & postea Hildesimensem*, *Albertum & BERNHARDUM* Ducem, qui *Bernhardus Albertum* Ducem, *Canonicum Coloniensem & Hildesimensem*, ducta *Albeida Pomeranica* Ducissa genuit *JOANNEM IV. & Sophiam* secundi *Ducis Bergensis* conjugem, *JOANNES* ducta *Dorothea Margrafia Frederici Marchionis circa Norbergam* filia genuit *Ericum Episcopum Monasteriensem*, *MAGNUM* Ducem patriæ, *Joannem Episcopum primo Paderbornensem*, deinde *Hildesimensem*, cui infelix fuit ille *Episcopus, Bernhardum & Robertum* *Canonicos Colonienfes*, atque *Fredericum & Henricum* matris morientes in pueritia. *MAGNUS* duxit *Henrici Ducis Brunsvicensis* dicti bellicosi, qui in expugnatione arcis *Orth* in *Phrisia* periit, filiam *Catharinam*, *Christoferi Archiepiscopi Bremensis & Henrici junioris Ducum Brunsvicensium* sororem, & ex ea genuit *Dorotheam Christiani III. Regis Daniae* conthoralem, *Catharinam Regis Suecorum Gustavi* primam conjugem, matrem *Erici Regis*, *Claram Ducis Francisci Luneburgici* uxorem, *FRANCISCUM* gubernatorem patriæ, *Sophiam Antonii Comitis Oldenburgici & Delmenhorstani* conthoralem, matrem *Comitum Joannis Christiani* atque *Antonii*, *Ursulam* postremam *Henrici patris Principis Megapolensis* uxorem & viduam. *FRANCISCUS* liberalis princeps ducta *Henrici Ducis Saxonie & Marchionis Misnensis* filia & sorore amplissimorum *Electorum Saxonie* ut *Mauritii & Augusti, Sybilla*, (quam alii *Sophiam* vocant) genuit *MAGNUM* habentem sibi uxorem *Suecorum Regis* sororem & *Regis Gustavi* ex posteriori conjugio filiam, *N. FRANCISCUM* in gubernatione succedentem patri, cujus conjunx erat *Pomeranica Ducissa*, quæ ei aliquot *Ducales proles* peperit, & ea mortua ducit in conjugem *filiam Ducis Julii, Hedewigam Marriam*, quæ peperit *Henricum Archiepiscopum Bremensem*, *administrotorem Osnaburgensem & Paderbornensem*, succedentem quoque patri in terra *Hadalarie* occupatione & defensione, *Ursulam* *Henrici Ducis Luneburgici* conjugem, *Dorotheam Wolfgangi Brunsvicensis Ducis* conthoralem, *Fredericum præpositum Bremensem & Colonia Chori* episcopum utrobique in *Metropolitano templo*, *MAURITIUM* sibi sumentem in uxorem, aliquam ex nobilibus.

Sebastianus Munsterus in Cosmographia sua hanc horum Principum Genealogiam refert: ALBERTUS II. Bernhardi nepos ex filio Alberto, Princeps senex genuit RODOLPHUM Electorem & OTTHONEM Ducem Lowenburghensem, ex quo Albertus III. absque hærede discedit: ex Rodolpho gignitur JOANNES, ex Joanne II. nascuntur ALBERTUS III. Elector (cujus filius Rodolphus II. & ex eo WENCELAUS) & JOANNES III. ex Joanne hoc nascitur ERICUS pater Alberti & ERICI, ex ERICO nascitur rursus ERICUS, ambiens Electoralem Dignitatem post ultimum suum cognatum Albertum Electorem sine hæredibus mortuum, ex hoc ERICO nascitur BERNHARDUS, cujus filius est JOANNES gignens Ericum, Bernhardum & MAGNUM, Ex MAGNO sunt FRANCISCUS, Dorothea Danica Regina, Catharina Suecia Regina, Clara Ducissa Luneburgica, & Elisabeth (debebat dicere Sophia) Comitissa Oldenburgica, &c. Hæc ille.

Jam ex Ernesti Brotuffii lib. 4. & 5. Genealogia vel Chronici Anholdinorum Principum prolixius de horum Ducum in Lowenborch, qui semper sub Electoratu Saxonie relati sunt, aliquid subjiciam. ALBERTUS versus Otthonis magni Comitis in Wallenstede / Ascania in Anholt & Bernborch filius ex Magni Electoris Saxonie ultimi ex sua familia videlicet Hermann Billingi primum creati ab Otthone primo & magno Cæsare, Ducis filia Helica, natus, primus est in sua familia Marchio Brandenburgensis & Elector, hic genuit BERNHARDUM Comitem in Wallenstede / Ascania, in Anholt & Bernborch / primum post exautoratum Henricum Leonem, Electorem Saxonie à Frederico primo Barbarossa creatum in sua familia, & OTTHONEM Marchionem Brandenburgensem, tunc BERNHARDUS ex Jutta Danica Regina genuit ALBERTUM I. Electorem, & HENRICUM quoque à prædicto Cæsare Frederico I. primum creatum Principem in Anholt / ex quo descendunt Anholdini sicut dixi in litera A. Hic BERNHARDUS anno Dn. 1181. ædificavit arcem Lowenborch ad albam, & ex hoc Bernhardi filio ALBERTO & Mechilda Otthonis I. creati Ducis Brunswicensis & Luneburgensis à Cæsare Frederico II. anno 1238. filia descendunt Duces inferioris Saxonie in Lowenborch (in libro 4. vocat illam Alberti I. Electoris conjugem Helenam idem Ernestus Brodussius) nam conthoralis ejus Helena duos filios produxit dividentes Saxoniam, ALBERTUM II. Electorem, & RODOLPHUM Saxonie Ducem, cujus uxor fuit Anna Palsgravia, ex qua genuit Joannem discedentem absque liberis, & 4. filias: interim rediere Ducatus & inferior & superior ad Alberti II. hæredes: ALBERTUS II. ex Agneza filia Rodolphi Habsburgici Cæsaris

faris ejus nominis primi, OTTHONEM & RODOLPHUM quoque
 dividentes utrumque Ducatum Saxonie genuit. Nam OTTO dux
Loisia Regis Dalmacia filia non genuit masculum hæredem sed filiam *Elis-*
abetham elocata *Christofero II. Regi Dania* atque alteram filiam *Mech-*
vildin traditam in uxorem *Adolpho Duci in Schleswice*: moritur *Albertus*
II. anno 1312. *Wittenberge* sepultus: *Rodolphus primus* in sua familia *Electo-*
tor Saxonie, mortuo *Othone* fratre ad se traduxit successionem *Ducatus*
inferiorem Saxonie: Habuit uxores tres (ait libro 4.) *Jutta* *Branden-*
burgicam (ex qua ei natus est *MESICHO*) alteram *Sophiam Hassiacam* quæ
 ipsi peperit *RODOLPHUM II.* & *OTTHONEM* dividentes *Ducatum*
superiorem & inferiorem Saxonie: *OTTHONI* in *Louenborch* erat conjugata
Agneza Wilhelmi Ducis Luneburgici filia pariens illi *Albertum* *Ducem*
Louenborch citò decedentem: tertia conjunx ignoratur. libro. cap. 4.
 dicit *RODOLPHI II. Electoris* fuisse conjugem *Annam Ruperti* (dicti *Ru-*
bri) *Palsgravi* & *Ducis Bavaria* filiam) quæ forsitan tertia fuit. Et hic *Bro-*
nffius longe aliam Genealogiam recenset quam *Georgius Fabritius*, qui
 non meminit in suo catalogo, *MESICONIS Electoris Saxonie*: Hic vero
 dicit in *Mesicone* desisse familiam *Electorum* ex *Bernhardo I.* & rursus ad
BERNHARDUM abnepotem *Henrici I. Principis Anholdini* fratris
Bernhardi I. in sua familia *Electoris Saxonie* devolutam *Electora-*
lem Dignitatem: & hunc *Bernhardum juniorem* ex *Agneza Lupoldi Ducis*
Austria filia genuisse *RODOLPHUM II. Electorem*, *OTTHONEM*
Principem in Anholt propagatorem suæ ibi posteritatis atque *Bernhar-*
dum propagatorem familie & posteritatis in *Bernborg* & *Serps* & *Ab-*
ertum Halberstadiensem *Episcopum*: *RODOLPHUM II.* illius *Bernhardi*
Anholdini euecti ad *Electora-*lem dignitatem filium nominat hic *Ernstus*
Broduffius: Sic *Mesichonem* planè præterit *Georgius Fabritius*, atque
 nescit de illo *Bernhardo* ex familia *Principum Anholdinorum* orto &
Electorum Saxonie numero, inserto, sic dicens *RODOLPHUM II. Rodolphus*
senioris filius è *Jutta Otthonis Marchionis Brandenburgici* filia est, cujus
 nxor *Elisabetha Comitissa Rupinensis* erat & moritur absque hæredibus hic
elector anno Dn. 1370. ideo ei succedit frater *Wenceslaus senioris Rodol-*
phi ex *Agneza Lindaviensi Comitissa* filius, qui *Luneburgam* arcem invadit
 & *Magno Luneburgico Principi* ademit, & ex *Cacilia Francisci Carrariensis*
Principis Patavini filia genuit duas filias, elocatas *Ducibus Luneburgicis*
Frederico & Bernharde, atque *RODOLPHUM III.* tum *ALBER-*
TUM III. Electorem: moritur *Wenceslaus* anno Dn. 1388. & *RODOL-*
PHUS III. Elector habuit duas uxores, primam *Landgrafii Thuringia* *Re-*
 170

thasaris filiam Annam, alteram Barbaram Roberti Ducis Lignicensis filiam,
 & genuisse ex iis tres filios *Rodolphum* maturius morientem, atque *Wen-*
celaum & Sigismundum ait, quos noctu in arce Sveinicia ad Eliftrum
 nigrum sita ruina turris dormientes oppressit: Sic ALBERTUS III.
 successit fratri in Electoratu, qui ex *Offega Conradi Ducis Offensis in Sile-*
fia, filia anno Domini 1420. ducta, quando ejus frater Rodolphus priori
 anno mortuus esset, nullam prolem sustulit, sed moritur anno Dn. 1422.
 Addit autem *Georgius Fabritius* in *Rodolpho III.* occasionem cur à *Cran-*
zio & Brodussio dissentiat, primò quod sepulchrorum inscriptiones
 habuerit & consuluerit: & cætera edoctus sit à *Caspere Peucero* genero
 Philippi Melanchthonis, qui literas & monumenta Anholdina inspexer-
 rat. Hactenus *Georgius Fabritius Chemnicensis* libro *Electorum Saxo-*
niae: redeo nunc ad *Brotuffium*. Hic dicit *Rodolphum II.* ex *Anna Bal-*
thasaris Thuringi Marchionis filia genuisse *Wenceslaum Electorem &*
Joannem Ducem in Lowenborch, atque *Othonem & Wilhelmum*: Hic *Ro-*
dolphus instituit collegium *Wittenberga*. Sepultus est anno Domini 1385.
 ibi & uxor ejus *Anna* anno Domini 1395. hoc refert libro 4. cap. 9. ad-
 dens hunc se junxisse Ducatus, & assignasse suo filio *Joanni* partem in
Lowenborch: addit interim *Othoni* fuisse conjugem aliquam *Ducissam*
Lunenburgicam, sed absque hæredibus discessisse: & *Wilhelmum* mor-
 tuum anno Domini 1396. Sed libro 5. cap. 8. nomine *Wilhelmi* nume-
 rat *Rodolphum*, atque patrem *Rodolphum II.* dicit mortuum esse anno
 Domini 1363. ideo quando libro 4. dicit quod mortuus fuerit anno Do-
 mini 1385. censeo de juniore Rodolpho ejus filio id intelligendum esse:
 Deinde dicit à patre Rodolpho II. Electore ita patriam esse divisam, ut
Wencelaus Electoratum Saxonie, & *Joannes* Ducatum in *Lowenborch*
 obtineret: *Wencelaus* vero Electorem Saxonie genuisse *Albertum III.*
 Electorem Saxonie, & *ERICUM* ordine Ducem IV. ejus nominis in
Lowenborch, qui duxit *Ducis Magni de Brunsvich* filiam N. (de quo
ERICO postea dicemus) *ALBERTUM* vero tertium ex *Sophia Hassica*
 & *Comitissa in Siegenhagen*, genuisse *RODOLPHUM III.* Electorem Sax-
 onie & *OTTHONEM* Ducem in *Lowenborch*, qui *Otto* ducta *Elizabe-*
tha Lantgravia Hassie, genuit *ALBERTUM* Ducem Saxonie in *Lowen-*
borch, qui ex *Catharina Brandenburgica* nullam sustulit prolem, & sic re-
 diit ad *ERICUM* ipsius propinquum Ducem Saxonie in *Lowenborch* fa-
 milia. *ALBERTUS III.* post se reliquit successorem filium *RODOL-*
PHUM III. Electorem Saxonie, cui fuit conjunx, *Agnesa Comitissa in*
Mupin & Lindaw (qui duo Comitatus jam sublatis hæredibus subsunt
 Mar-

Marchionatui Brandenburgico) quæ ei peperit WENCELAUM II. Electorem Saxonie, WENCELAUS II. ex *Cacilia* filia *Francisci Pa-*
duini vel *Cararia Principis* genuit RODOLPHUM IV. (qui ex *Barbara*
 Ducissa in *Signis* genuit tres filios *Wencelaum, Sigismundum & Rodol-*
phum omnes ante patrem mortuos) & ALBERTUM IV. ultimum ex
 illa familia Electorem, cujus uxor *Offena Ducis Aurelianensis* filia nullam
 protulit prolem. Hæc *Broctuffius* libro 4. nam redimus ad quintum li-
 brum ejusdem: in quo refert de JOANNE filio RODOLPHI II. Ele-
 ctoris Saxonie, Duce Saxonie, Angarie & Westphalie, Dominum
 Lauenborch cap. 9. Ex JOANNE Duce Saxonie in Lauenborch & filio
 Rodolphi II. Electoris, nascitur matre *Helena* Ducissa in *Schles-*
 JOANNES II. qui ex *Elizabetha* filia *Erici Ducis Pomerania & Stettini* ge-
 nuit JOANNEM III. Ducem Saxonie in Lauenborch: qui *Gelburga* filia *Erici*
Regis Norwegie ducta genuit ERICUM I. & *Helenam, Gerhardo* *Sax-*
wenbergico elocatum. ERICUS vero Joannis III. filius genuit ex *Agnes*
 Ducis *Gerhardi in Schleswice & Comitis in Holstein* filia ERICUM II.
 & ALBERTUM. Hic *Ericus* primus magna gessit bella cum civitatibus
Lubeca & Hamburga, propterea ipsi aliquot arces & oppida jure belli
 adempta sunt & ipse in arce prope Hamburgum caditur, vide *Cran-*
tzium libro 9. cap. 19. & 20. Saxonie: ERICUS II. Dux Saxonie in Lauen-
 borch/Angarie & Westphalie fuit, cujus conjunx erat Ducissa Lu-
 neburgica quæ ipsi peperit *Ericum III.* cito morientem, & *Elizabetham*
Comiti Hojensi Joanni elocatum: Et hic quoque ERICUS II. majora
 quam pater gessit bella cum urbibus *Lubeca & Hamburga*, & hac decata
 ipsi etiam plus oppidorum & ditionum jure belli ademptum est: AL-
 BERTUS III. Dux Saxonie, Angarie & Westphalie in Lauenborch fra-
 ter *Erici II. & filius Erici primi*, habuit conjugem *Sophiam Comiti* *Samia*
Siegenhagen quæ ei peperit OTTHONEM, qui ducta *Elizabetha Land-*
gravia Hassia genuit ALBERTUM IV. RODOLPHUM & JOAN-
 MEM IV. ALBERTUS IV. duxit conjugem *Catharinam* Margraviam
Brandenburgicam, & RODOLPHUS duxit *Sophiam* Landgraviam *Hessia*
 (uterque discedit absque hærede) JOANNES itaque quartus Dux Sax-
 onie in Lauenborch duxit *Mechtildam Megapolensem* vel Principis Van-
 dalorum filiam, ex quibus nascitur *Joannes V. & Ericus IV.* qui erat in
 aula Cæsaris *Caroli IV.* & in exercitu Cæsario perfoeditur: & *Joannes*
 perit absque familia: ita discedit stemma *Joannis I.* & redit familia Du-
 cum Inferioris Saxonie ad WENCELAI primi Electoris filium ERICUM
 IV. (vel ut ego censeo quintum. Nam *Ernestus Broctuffius* fuit
 ma

malus calculator) qui *Ericus* duxit uxorem *Catharinam Magni Ducis Brunsvicensis* filiam, ex qua ipsi sunt nati *Magnus* primo *Caminensis*, deinde *Hildesimensis* Episcopus, *OTTO* maturius moriens, *Joannes VI.* circa *Raceburgum* interemptus, *Albertus* Canonicus *Hildesimensis*, *BERNHARDUS III.* & *ERICUS VI.* qui duxit conjugem *Elisabetham Winsbergicam* Comitissam, sed huic *Erico* jus ad Electoratum Saxonie est ademptum & translatum ad *Fredericum Marchionem Misniae*: *BERNHARDUS III.* *Erici IV.* vel ego ut censeo quinti) filius, Dux Saxonie in *Lowenburg* / *Ducis Steinenfis Warxelfeni* filiam *Sophiam* sumpsit sibi conjugem, quae ei peperit *JOANNEM V.* (ut ille homo aliquantulum obliuiofus sentit, sed ego septimum sentio) anno Dn. 1445. & *Sophiam* *Duci Juliacensi & Bergensi, Comiti in Ravensborch* elocatam. *JOANNES* filius *Bernhardi* duxit conjugem *Dorotheam Frederici filiam Marchionis Brandenburgensis & Burgavii in Nurenberg* & genuit ex illa *Rodolphum* maturius morientem. *Ericum* primo *Hildesimensem* (quem Episcopatum resignavit fratri *Joanni*) & postea *Monasteriensem, Bernhardum Metropolitannum Coloniensem Praepositum, Joannem Hildesimensem Praesulem* (quem ex tota ditione *Hildesimensi* eiecerunt *Duces Brunsvicenses, Ericus senior* & ejus ex fratre *Henrico* bellicoso nepos *Henricus junior* anno Dn. 1519.) *Henricum* & *Fredericum* in adolescentia discedentes, atque *MAGNUM* propagatorem familiae: atque sex filias *Adelheidim* maturius morientem in aula Ducis *Bergensis, Elisabetham* & *Sophiam* in pueritia decedentes, *Catharinam* monialem in *Keinebock* / *Annam* elocatam *Joanni Comiti in Rupin & Domino in Lindau* & *Magdalenam* in adolescentia fati concedentem: *MAGNUS* sibi ereptam *Hadelariam* recuperans & *Bremensi Praesuli* adimens, postea ipsi reconciliatur (erat enim *Archipraesul Bremensis Christoferus Dux Brunsvicensis Henrici senioris* filius) ducta ejus sorore *Catharina*, quae *Henrici junioris*, qui erat pater *Julii*, quoque fuit soror: Ex ea genuit *Magnus* filium *FRANCISCUM I.* *Dorotheam Regi Daniae Christiano III.* elocatam, *Catharinam Regi Sueciae Gustavo* in conjugem traditam, matrem Regis *Erici, Sophiam Comitis Antonii de Aldenburg & Delmenhorst* conjugem, sed ego addo quartam filiam & quintam *Claram Ducis Lunenburgici Francisci* conthoralem, atque *Ursulam Henrici Ducis Megapolensis* uxorem; *FRANCISCUS* Dux Saxonie, Westphaliae & Angrivariae, Princeps beneficus, duxit sibi conjugem *Sybillam Henrici Ducis Saxonie & Landgravii Thuringiae, Marchionis Misnorum* filiam & Electorum Saxonie *Mauritii & Augusti*

fororem anno Dn. 1540. Dresdæ (hanc multi vocant *Sophiam*) hæc habet *Ernestus Brodtuffius*.

Hæc volui jam prolixè ex diversis historicis recensere in honorem & gratiam excellentissimi *Archipresulis Bremensis, Administratores Osnaburgensis & Paderbornensis*, atque illustrissimi Ducis Saxonie, *Angrivariae & Westphaliae* Domini HENRICI, Domini & Principis patriæ meæ amplissimi & clementissimi, filii *Francisci I. Ducis Saxonie, Angrivariae & Westphaliae, & nepotis Ducis Magni, &c.* Etsi in recensenda hac Genealogia discrepent auctores, in eo tamen conveniunt, quod *Ducatus Inferioris Saxonie ex antiquissimo Principum Anholdinorum & in Westphalia genere*, primam originem ducant, & ex *Bernhardi Anholdini* primæ & *Frederico I. Cæsare Electoris Saxonie* creati familia descendant: Sic certum est hanc Ducum Saxonie Inferioris prosapiam esse nobilissimam, præstantissimam, illustrissimam & vetustissimam.

T. In hac litera nihil deducendum habemus.

W.

WESTPHALIA fuit proprius inter *Rhenum & Visurgim* flumina Ducatus, circa *Amisim & Lupiam* fluentia, & erat superior & inferior olim, sicut in proprio tractatu annotabo, quem quarto libro inferam. WEDEKINDUS Rex Saxonum & Westphalorum sicut & Majores ejus, & se scripserunt Duces, & re ipsa possederunt Ducatus *Westphaliae & Angrivariae*: sed tunc multa ad honorem Dei & in gratiam *Caroli Magni Cæsaris*, ex suis istis Ducatibus remisit in usum *Episcopatus*, ut ea, quæ & *Monasterienses & Osnaburgenses; & Paderbornenses* atque *Altidenses Presules* occupant: interim ipse à *Carolo cum suis liberis* (quos multos, ut *Cranzius & Peucerus* scribunt habuit) creatus est Dux Saxonie & Westphalia: Sic scribit *Casparus Peucerus* in suo *Chronico* de stemmate *Wedekindi Magni*: *Sighardus* pugnavit cum *Dagoberto Francorum Duce*, & habuit filium *Dietericum* pugnantem cum *Carolo Martello*, cuius filius fuit *Wernechins*, Dux Engarie & Dominus in *Jborcht* pater WEDEKINDI MAGNI se opponentis aliquoties *Carolo Magno Cæsari*, & *Brunonis fratris ejus*. WIDEKINDI filii erant *Widekindus junior, Walbertus* & plures: & probat *Peucerus* multorum Principum familias imo etiam aliquot Regum ex hoc *Wedekindo Magno* & ejus prosapia originem duxisse. Tandem *OTTO I. dictus Magnus Cæsar Hermannus de Bith*

vel *Bilingum* constituit Ducem Saxonie & Angariae atque Westphaliae; & OTTHO III. Caesar huius filium BERNHARDUM constituit Electorem Saxonie, qui se etiam scripsit Ducem Angrivariae & Westphaliae cum suis posteris, ut filiis ORDOLPHO & HERMANNO, atque nepote MAGNO, qui caruit mascula haerede: ita ad LOTHARIUM Comitem Suppelenborgensem & in Arnsberg (Comites enim in Arnsberge se etiam scribebant Comites Westphaliae, ut de bellicoso Frederico Comite in Arnsberge & Westphaliae apud Crantzium in Metropoli & Saxonia legitur) ab Henrico IV. Imperatore titulus & Ducatus Saxonie, Angrivariae & Westphaliae defertur, qui etiam Sassenburgum prope Warendorpium extruxit, qui post Henricum V. Imperator eligitur, atque cum filia Gertrude Henrico Guelfoni Duci Bavariae, dicto cognomine Superbo, contulit in dotem eos tres Ducatus & Electoralem dignitatem Saxonie, quos Ducatus cum Electorali officio in filium Henricum Leonem nepotem Lotharii derivavit, quo nunquam potentior Princeps in Germania ab eo tempore fuit, nisi forte hodie ipsi conferas modernum Imperii Electorem Saxonem Augustissimum Principem, & Ducem Saxonie Augustum. Henricus Leo (a quo descendunt Duces Brunsvicensis & Luneburgenses, ut in hoc libro dictum est) cum ob fortitudinem animi, Heroicam personam & potentiam longe lateque se extendentem ab Albi ad Visurgim, a Visurgi vicissim ad Rhenum, & a jugis Herciniis usque ad mare Balbicum, (atque in Suevia atque circa Rhenum in Bavaria, sua se potentia late extendit) esset vicinis Principibus & imprimis inquietis Episcopis formidabilis, ceperunt eum, quem metuebant, odisse. Nam cupiebat Episcopos in justum ordinem redigendos, & libris, pietati, studiis ac piis exercitiis consecrandos potius censuit, quam ut Regimini politico manum applicarent. Nam & ipse tres Episcopatus constituit vel fundavit & eis mediocria bona adjecit, ut Lubecensem, Raceburgensem & Sverinensem, satis esse existimans, si mediocri sustentatione ad interim liberaliter sustentarentur atque alerentur, non autem ut multarum Ditionum possessores essent. Ita propter Comitatum in Sontmerseburg/ quem alii Palsgraviatum appellant, disceptavit cum Wigmanno Magdeburgico, cum Halberstadensi Praefule de ditionibus & earum finibus, urbis Bremensis jurisdictionem ad se quoque transtulerat: contendebat cum Coloniensi Praefule de urbis Susatensis & Susatensium Pagorum Dominio; cum Monasteriensi, de Saxenburga arce & de oppido & praefectura Dulmone; cum Osnaburgensi si ei erat propter terminos & fines suae arcis Engeren; cum Mindensi certabat de urbis Jurisdictione & de arce Wedekindesbergos;

Nun 2

Cum;

Cum *Hildesimensi* magna erat ipsi controversia de *diversis locis, Comitibus, terminis, agris & Dominiis*: concitat deinde in vicinia ex *Saxonia* omnes Principes & Comites vicinos in se. Nam & *Thuringia Landgravius & Margravium Misnia* atque *Hassia Landgravius* sibi inimicos sua violentia reddidit: vicinis urbibus & Imperii civitatibus clamum inferit: ita ad *Rhenum* discepat cum *Leopoldo & Henrico Austriacis* & cum reliquis vicinis Principibus: ita Episcopi multi in eum conspirant, & ipsi cum aliis potentiam longe lateque se extendentem, invadebant: denique & vicinos seculares Principes excitant, ut turmatim hostilia contra ipsum tentarent, sed cum nihil proficerent, erat enim ejus potentia major, quam ut ei possent resistere: Sic eum unanimi querela decessit ad *Casarem Fredericum I. dictum Barbarossam*, ipsi jam antea intentum licet eum ex faucibus Romanorum civium eripuisset atque ad duo vel millia civium trucidasset: tandem in *Comitiis Wurciburgis* damnatus & non solum *Electoralis Dignitate*, sed etiam omnibus reliquis Ducatibus & *Ascania Comitis & Marchionis in Soltwedel* & *Alberti urfi Marchionis Brandenburgici filio*, Ducatus *Saxonia* in *Electorem* ab ipso *Casare Frederico Barbarossa* confertur, deinde expresse *Gobelinus Perizonius* in suo *Cosmographico*, & *Casparus Peucerus* in *Chronico Philippico* scribunt, quod *Bernhardus* ille & *Coloniensis Præsul* communiter sint admissi ad Ducatum *Angrivaria & Westphalia* à *Casare*, ideo non minus iste *Bernhardus* & succedentes ex istius linea *Electores Saxoniae* usque ad ultimum ejus prolapsæ *Electorem*, quando eo mortuo *Electorum* transferretur ad *Magistrum Misnenses*, & reliqui deinde *Duces Saxoniae* inde descendentes sibi titulum *Ducum Angrivariae & Westphaliae* usurparunt, sicut adhuc faciunt *Duces Saxoniae in Lowenborch* ex linea istius *Bernhardi* descendentes: Et cum iste *Bernhardus* debuisset ad utrumque Ducatum æquali jure admitti tamen sibi & pro se retinuit *Coloniensis Præsul* cum posteris, utrumque solus. Et rectè dixit *Peucerus* libro 4. *Chronicorum Philippi*, *Coloniensis*, ajens: ex ea direptione ad se vi traxit Ducatum *Angrivariae in Westphalia*, qui in transactione adjudicatus erat *Bernhardo*. Hac marina folia rubra retinere, sed *Coloniensis* gerit in insignibus *Cypri* *Westphaliae*, pullum videlicet equinum album, & insignia *Angrivariae*, atque *Aquilam Comitatus Arnsburgici* insigne.

FINIS hujus Libri.

LIBER TERTIUS, CONTINENS TRACTATUS DUOS :

Primum

DE

DUCUM CLIVIÆ
& BERGENSIUM,

atque

MARCHIONUM DE MARCKA,

Quos modo COMITES apellant,

PROSAPIA ET GENEALOGIA;

Item Secundum

DE

DUCUM GELDRIÆ

ET

JULIACENSIIUM ac COMITUM

de Ravensborch / atque ZUTPHANIA,

PROSAPIA atque GENEALOGIA,

Longo usu & ex diversis Chronicis collectus

per

HERMANNUM HAMELMANNUM, Theol. Licent.

& hoc tempore Superintendentem in Comitatu

Aldenburgico.



*Nobilibus, Gravissimis atque Variis virtutum Donis,
præstantissimis Heroibus,*

Domino JOANNI ab ALTENBOCHUM,
Capitano in Sudensen & Heyde/

Ejusque fratri

THEODORO ab ALTENBOCHUM,
Satrapæ in Hörde/

Domino GEORGIO à Siborch / hæreditario
Domino in Hörde / ad Rhenum & in Siborch / &c.

Dn. GEORGIO SCHEEL in Rechem / Archiquæstor
in Hörde / & finitimarum præfecturarum,

Atque

Domino CASPARO SCHWARTZ, Patricio
urbis Imperialis TREMONIÆ, &c.

Suis Dominis & doctorum Patronis colendis,


S. D. in Christo.

Vere censeo V. Excellentiam, præstantissimi, Nobiles & laudatissimi Heroes, cum multis aliis proceribus & prudentibus viris, hinc inde per vestrum illum amplissimum Comitatum de Marcka (quem vestrum voco, propterea quod ibi Sedes, arces & bona possideatis) in urbibus & pagis ipsius morantibus maximo gaudio affici, quod ita Comitum celeberrimæ de Marcka (quorum aliqui Comitatus fuit ab initio, & jam est per se amplissimus & Ducatui similis) vetus Masculum stemma creverit, & tam late se effuderit ut jam ad multos annos tres Inchyti Ducatus, cum Splendido Comitatu & aliquot Dominiis, in eos derivati sint, & illi ad talium Ducatum & Dominiarum possessionem pacificam legitimis mediis pervenerint: Illa sane laus & tam lauta splendidaque fortuna, quæ vestris Heroibus & Comitibus de Marcka contigit, etiam ad gloriam totius vestre patriæ redundat, & hoc paucis contigit aut pene nullis Comitibus, quod sane vestris Marckensibus Comitibus contigit: quare necesse est, vestram quoque Excell. cum multis aliis patriotis & tam præstantibus multarum urbium Rectoribus & civibus (ex quorum non exiguo numero unum novi meum veterem amicum & fautorem, magnificum consilium

issimumque virum Dn. Gerl. cum Gruterum J. U. Doctorem, Cancellarium Comitatus Tecklenburgensis, & Consulem urbis praestantis Hammonensis) de tali Dei dono saepe cogitare, & sibi metipsum cum plurimis aliis eam felicitatem congratulari: quoniam recte poeta ait:

*Nescio qui natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non finit esse sui.*

Ea namque & vobis & omnibus cordatis per vestrum illum Comitatum, est ipsa dulcedo & voluptas, quod ille vester praestantissimus & clementissimus Princeps Dn. WILHELMUS, Trium amplissimarum Regionum Dux potentissimus, cum unico filio, lectissimo Heroe, Administratore Monasteriensis Diocesis JOANNE WILHELMO, sit ex veteri Masculina Comitum de Marcka familia & stirpe propagatus, & quod inde ipsi & sui majores primam originem habeant, sicut in hoc tractatu id a nobis prolixè demonstratum est. Quem inquam tractatum, ut omnibus Comitatus amplissimi de Marcka Nobilibus, atque civitatum in ea regione Gubernatoribus communicatum & consecratum volui: ita vestra potissimum Excell. tanquam praecipuis Nobilibus, & veteris istius Comitatus alumnis, ut meis veteribus patronis, qui historiarum lectione delectantur, & omnibus piis, bonis & doctis, egenisque benefacere student, dedicare debui: Spero interim meum hunc laborem, quem non sine magna molestia congressi, eisdem fore gratum & acceptum: quia hic habetis Illustrissimorum Clivensium & Bergensium Ducum atque Nobilissimorum Comitum de Marcka Genealogiam vobis praecipuè dedicatam, quam boni consulite, & censete magnum esse DEI beneficium, quod non solum ipsi Principes & Gubernatores populorum, noscere possint seriem majorum suorum, sed etiam ipsi subditi considerare queant, sub quibus degant Principibus & Dominis, & ex qua stirpe sint isti Heroes propagati, sub quorum patrocinio & protectione degunt. Christus vestros Principes in ejusdem familia propagatione, & vos eorum subditos diu servet.



DE DUCIBUS CLIVIÆ.

Etti major pars *Ducatus Clivia* ultra *Rhenum* versus *Brabantiam* ad *Comitatum Rucf* / qui *Brabantia* inferus est, & ad *Belgicas* oras se extendat atque vergat: tamen aliqua pars *Clivia* ab hac parte *Rheni* sita est: Subsunt enim *Comitatus* & *Dominia* (quæ fuere olim in *Westphalia* propria) modo huic *Ducatu*, ut *Ducatus* proprius *Comitatus Westphalia*, *Dominia* ut *Holte* / *Guterſwicz* / *Bete* / *Ringelberg* ab hac parte *Rheni*: Sicut ab altera parte *Rheni* ei sunt *Comitatus Genep* / qui similiter huic *Ducatu* accessit anno *Ducatus*. Subsunt etiam huic *Ducatu* ab hac parte *Rheni* civitates, *Wesalia*, *Embrica*, *Dusbergum*, *Reſſium*que oppida per pulchra & *Scherenbode*. **CLIVIA** fuit olim unus *Comitatus* ex quatuor *Imperii Comitibus* *Dei* *Reichs* *Grafen* *ein* / qui reliquis omnibus *Comitibus* præferebantur. Quamquam diu optaverim, ut tandem exactum *Chronicon* *Germania* per typos excusum de *Cliviensibus Ducibus*, eorum gestis, actis & factis, *Genealogia* & *Profapia* atque similiter de vicinorum *Heroum* origine, *profapia* *linea* & rebus præclare gestis communicaret *Clariss.* *Eximius* & ornatiss. vir, *Dominus Joannes Laurmannus* J. U. *Licentiatiss.* & per multos annos *Clivia Ducatus* *Consiliarius* *industrius*, qui ex *Archivis* *Principum*, & ex antiquis monumentis, ex collegiorum & *Monasteriorum* sigillatis literis, tum ex manuscriptis *Chronicis* & antiquis scriptis, quæ per multos annos conquiri curavit, aliquid certi & exactum dare posset. Interim ego ordine quæ reperio in *Sebastiani Munsteri* *Cosmographia*, quæ lego in *Chronico* *Charionis* *Philippico*, per *Caiporum* *Peucerum* explicato & absoluto, quæ in *Annalibus* & *catalogo* *Episcoporum* *Coloniensium* nuper annotavit *Petrus* *Mersius* *Cræpelinus* minorita monachus: denique quæ in *Chronico* *veteri* *Coloniensi* *Germania* legi & ipse usurerum observavi, & lectione percepi, subjiciam ordinis orans interim lectorem humaniter, si alicubi errarem, ut errorem boni mihi consulat: Interim singulis ego aliquid immisceo.

Venimus ad *Munsteri* *Cosmographiam*, qui hanc dat *lineam* *Cliviensium* *Heroum*: Tempore, ait, *Iustiniani* *Cæsaris* fuit unica filia nomine **BEATRIX** in arce *Neomago*, quæ extruxit castrum *Cleve*, anno *Du* *711.* & nupsit aurato equiti **ELIÆ**, quem fecit **COMITEM THEODOSIUS III.** hujus filii & nepotes ordine erant & gubernacula *Clivia* tenuerunt, *Theodoricus*, *Reinoldus*, *Ludolphus*, *Joannes*, *Rupertus*, *Baldwinus* *Ludo*

Lodovicus, EDUWARDUS, ex quo Eduwardo natus est LITGARDUS, cui subfuit *Novesium* circa annum Domini 889. & iste habuit conjugem filiam *Arnolphi Caesaris Bertham*, ex qua BALDUINUM II. & REIFFRIDUM genuit, & his ordine successere ARNOLDUS I. WICHMANNUS, CONRADUS I. DEITHERICUS II. DEITHERICUS III. ARNOLDUS II. THEODORICUS IV. DEITHERICUS V. THEODORICUS VI. THEODORICUS VII. THEODORICUS VIII. DEITHERICUS IX. THEODORICUS X. cujus postremi Deitherici fratres erant OTTHO & JOANNES, & omnes absque hæredibus ex hac vita discesserunt: ideo iste Comitatus vacat Imperio, ad quem impetrandum à Casare multi Heroes laboraverunt, circa annum Dominum 1357. sed ADOLPHUS Comes de Marcka electus in *Coloniensem Electorem*, resignato Episcopatu, impetrat à Casare in feudum Comitatum Imperialem de Clivia: cujus filius ADOLPHUS fit circa annum Domini 1389. Comes Clivia loco patris & Comes de Marcka: tandem per SIGISMUNDUM, fit idem PRINCEPS & creatur DUX CLIVIAE, in Concilio Constantiensi: huic succedit filius JOANNES anno Domini 1443. II. Dux Clivia: Sub quo defecit civitas SUSATUM à Colnniensi Praefule ad hunc Ducem anno Domini 1454. (in qua re errat, quia hoc factum est anno Dom. 1443.) Et hujus filius JOANNES fit Dux III. anno Domini 1480. qui etiam Comitatum de Marcka obtinuit, ex hoc natus est JOANNES, qui ducta unica filia Maria Wilhelmi Ducis Juliacensis & Bergensis consequitur quoque eos Ducatus cum Comitatu Ravensburgico, quorum filius est hodie WILHELMUS Dux: Hæc ille. Jam tendo ad Caspari Peuceri deductionem in Genealogia Cliviensis stipitis. Modernorum, ait, *Juliacensium & Clivensium* Ducum (quia tres potentes Ducatus simul conjuncti sunt) initium progreditur de Comitibus de Alena vel de Marcka, cujus Comitatus primus Dominus fuit ADOLPHUS, creatus Comes ab Henrico I. dicto *Aucupe*, quia discedentibus prioribus Comitibus Clivensibus, in suo antiquo stemmate absque hæredibus, pervenit ille Principatus ad Comites de Alena, sicut & ad eos quoque pervenit Ducatus *Juliacensis cum Bergensi Ducatu*. Sit igitur hæc eorum Genealogia, BEATRIX conditrix arcis Clivia nupsit cuidam ELLE anno Domini 711. cui nomen Comitiss Clivia tribuitur, & hujus filii, nepotes, pronepotes, abnepotes & successores fuere Comites Clivia, Deithericus, Reinoldus, Ludolphus, Joannes, Rupertus, Balduinus cujus filii erant LODOVICUS & EDOVARDUS ex quo natus est

est LUTHARDUS cujus conjunx dicitur fuisse *BERTHA Arnolphi Casari filia*, & ex ea genuit *BALDUINUM & RICHERIDUM*: ex Balduino natus est *ARNOLDUS*, cujus filius est *WICHMANNUS*, post quem *CONRADUS* huic succedit *DEITHERICUS II.* hujus filius est *DEITHERICUS III.* cujus uxor erat *Comitissa Henneburgica*, & frater *ARNOLDUS II.* qui genuit *DEITHERICUM IV.* & is rursus *ARNOLDUM III.* ex quo gignitur *ARNOLDUS IV.* huic succedit *THEODORICUS V.* qui genuit filium ejusdem nominis *THEODORICUM VI.* cui erat conjunx *Comitissa Bergensis* & ex ea genuit *DEITHERICUM VII.* qui habuit conthoralem *Armegardis filiam Otthonis Comitis in Geldren* quæ ipsi peperit *DEITHERICUM VIII.* qui ex *Lucelburgica Comitissa* genuit *DEITHERICUM IX.* qui ducta conjugis ex familia *Ducum N.* genuit *THEODORICUM X.* (cujus conjunx erat *Reinoldi Ducis Geldria filia Maria*, quæ marito reliquit *unicam filiam* elocata *ADOLPHO Comiti de Marcka*, qui ex ea genuit *ENGELBERTUM & ADOLPHUM*) *OTTHONEM*, qui sibi elegit conthoralem *Engelberti Comiti de Marcka filiam*, (& sororem *Adolphi*) ex qua ipsi nascitur filia, elocata *Joanni Comiti de Arctel* (quod Dominium hodie adhuc est situm in *Geldria*) *JOANNEM III.* qui *Margaratham Reinoldi Ducis Geldria filiam*, duxit sibi conjugem, & ex tribus illis fratribus *Deithero*, *Othone*, & *Joanne* hic *Joannes* ultimus istius masculini stemmatis fuit. Jam deficientibus masculis hæredibus, certarunt de hoc Comitatu Imperii consequendo affines & propinqui: Instabat *Dominus de Peruvii*, qui trium posteriorum Comitum ut *Deitherici*, *Otthonis*, & *Joannis II.* sororem *Elizabetham* habuit uxorem: instabat & *Engelbertus Comes de Marcka*, natus ex filia *Theodori X. de Clivia Comitis*: instabat etiam *Ortho Dominus de Erft* natus ex filia *Orthonis Comitis de Clivia*: hi omnes instabant apud *Carolium IV. Casarem* de impetrande eo Comitatu: sed status istius amplius Comitatus atque proceres vocarunt unanimi consensu in suum Dominum *ADOLPHUM* electum primo *Monasteriensem*, deinde *Coloniensem* præbilem, filium *ADOLPHI de Marcka*, Comitis & nepotem ex filia *Deitherici Comitis Clivensis*, quem deinceps confirmavit *Carolus IV. Cæsar* in Comitatu *Clivensem*, quando *Coloniensem*, *Episcopatum* resignasset: Hic *ADOLPHUS* natus *Comes de Marcka* & constitutus *Comes Clivensis* duxit *Margaratham Wilhelmi Comitis Bergensis filiam*, & ex ea genuit multos filios, quorum nomina non sunt signata, tantum *ADOLPHUS* successit patri in gubernatione primus *Dux* anno Domini 1417. in *Concilio Constantiensi*, creatus

Sigismundo Casare, & habuit fratrem Gerbardum Comitem in Marcka, atque sorores Margaretham & Beatricem, quarum illa (Margaretha) est elocata Alberto Duci Bavaria, Comiti Hollandia, ista (videlicet Beatrix) Comiti Neuwenario tradita in conjugem: ADOLPHI primi Ducis filii & filia erant hi subsequentes, N. filia nupta Duci Aurelia in Galliis, Helena elocata Duci Brunsvicensi, Agneza Regina facta Navarra, Adolphus Dominus in Radenstein / cujus conjunx erat ex regio stemmate Portugalia, Margaretha conjunx Alberti Bavarici Ducis & deinde Ulrici Comitis Wirtembergici, Catharina conthoralis Arnoldi Ducis Geldria, Elizabetha Comiti Schwartzburgico elocata: JOANNES gubernator patria & Dux II. qui sibi sumpsit uxorem ex Comitibus de Nova Aquila vel Neuwenariis ortam, (moritur anno Domini 1443.) & hos hic Joannes reliquit liberos, ENGELBERTUM Comitem in Marcka, JOANNEM Ducem Clivia & gubernatorem Ducatus, atque ADOLPHUM Comitem de Marcka: JOANNES tertius Dux elegit sibi conjugem ex Lantgraviis Hassia, & moritur anno Domini 1448. relinquens hos liberos ADOLPHUM Comitem de Marcka & Joannem IV. Ducem, qui Maria ultimi ex mascula stirpe Ducis Bergensis & Juliensis filia unica, ducta in conjugem tres illos Ducatus conjungit, atque ex ea genuit Annam Reginam Anglia, sed ab Henrico rege postea repudiatam, Sybillam conjugem Joannis Frederici Ducis Saxonie, WILHELMUM filium unicum Ducem Clivia, Juliensem & Bergensem, qui assumpta in thorum nuptialem Maria Casaris Ferdinandi filia genuit Carolum Fredericum & aliquot filias, &c.

Hæc ita habet Casparus Peucerus,

Subjiciam ego quoque juxta promissâ nostrâ catalogum istorum Ducum Clivia conscriptum à Petro Merfao Cratopolio, Monacho minorita Colonia anno Domini 1580. in catalogo Colonienfium Electorum & Episcoporum. Et sunt verba ejus hæc:

ADOLPHUS Comes de Marcka eligitur in Episcopum Colonienfem numero 62. cum Monasteriensem Præsulatum administrasset, promotus per Papam Urbanum V. antea Canonicus Colonienfis, in jure civili satis versatus: ideo tantum Colonienfi Ecclesiæ ad undecim menses præfuit & quia animum ad divina adjicere nunquâ cogitaverat, resignato Pontificatu, tandem oppidanorum Clivensium favore ad Comitatum Clivensem pervenit & ab eis pro hereditario Domino habitus & susceptus est. In hoc rerum gubernaculo

naculo annis vixit 26. ducta uxore *Margaretha*, filia *Gerhardi Comitis Montensis* & ex ea sustulit filios 7. atque filias novem: fuit *Clivensium Comes ultimus* anno Domini 1382. Succedit illi in *Clivensium regimine* **ADOLPHUS II.** anno Domini 1394. Hic primus *Dux Clivensium* creatus est in *Concilio Constantiensi* à *Sigismundo* Cesare anno Domini 1416. Hic præfuit rebus, annis 54. Huic succedit **JOANNES** dictus *mit dem Bellen* anno Domini 1449. qui præfuit annis 32. & *Clivis* in parochiali templo sepultus est post mortem sumptuosissime: Habuit uxorem *Elizabetham* filiam *Ducis Burgundie* & isti successit **JOANNES**, quem *misericordem* appellarunt, anno Domini 1481. hic rexit annis 40. erat uxor *Mechtildis* filia *Lantgravii Hassie*: inde natus est **JOANNES** dictus *pacificus*, qui ad gubernacula pervenit anno Domini 1521. & regnavit ad 28. annos per tres *Ducatus* & duos *Comitatus*, quia ipse cum alio *Dux Clivensis* & *Comes de Marcka* vel *Marchia*, duxit uxorem **MARIAM** unicam filiam *Wilhelmi VI.* ejus nominis *Ducis Juliae ac Montis*, cum qua *Ducatus Juliacensem* & *Montensem* consecutus est: Hujus filius **WILHELMUS VII.** *Clivensium Dux quintus*, *Juliacensem decimus* & *Montensem octavus*, *Comes Marchia* & *Ravensburgensis*, *Dominus in Nauenstein* duxit uxorem anno Domini 1546. in magno *Germaniae tumultu* *Mariam Ferdinandi Romanorum Imperatoris* filiam, ex qua duos filios & quinque filias procreavit: filius major natu obiit *Roma* anno Domini 1575. in *Martio*, qui fuit natus anno Domini 1550. sepultus in templo *Germanorum* ad pedes *Adriani Pontificis Germani*, pomposissime. Haec habet *Petrus Merseus Cratopolius, Minorita, Monachus.*

Jam subjiciam quid ego ex veteri *Coloniensium Germanico Chronico* & aliunde observaverim:

THEODORICUS *Comes Clivia* fuit in *Comitiis in Jengelhausen* anno Domini 1180. & is genuit ex *Comitissa in Asspel* cum qua in dotem hoc *Dominium* accepit, **THEODORICUM II.** & ex eo genitus est **THEODORUS III.** & *Margaretha Otthonis Geldriae* uxor, cujus vicissim sororem habuit in uxorem **THEODORUS III.** nomine *Irmegardim*, ex qua sustulit **THEODORUM IV.** qui ex *Comitissa in Dinylafen* quem *Comitatum* in dotem accepit, cum prima conjuge, & etiam ex *secunda uxore Geldriae* nullam masculam prolem sustulit. Tunc vacans amplius ille *Comitatus*, tandem accedit **ADOLPHO** *Comiti de Marcka*, qui ducta *Wilhelmi Comitis de Berga* sorore & *Gerhardi* filia, genuit **ADOLPHUM II.** & **Theodo-**

rum maturius morientem, atque GERHARDUM Comitem de Marcka, EVERHARDUM Comitem in Dinslaken/ qui per pacta dotalia fit Dominus in West & Holste: sed sine prole discedit: atque erant plures huic Adolpho filii & filiae. ADOLPHUS II. creatus Dux habuit Mechtildam Reinoldi Ducis Geldria filiam, sibi conjugem, & genuit JOANNEM & ADOLPHUM Comitem de Marcka atque Engelbertum administratorem Episcopatus Trajectensis: JOANNES habuit Mariam Caroli Burgundi amitam in uxorem, & genuit Adolphum & JOANNEM, huic se subdidere Susatenses, subtrahito collo pressuris Colonienfis praefulis Theodorici Comitis de Morsia, qui interim contra Susatenses atque eorum novum Dominum patrem Joannem & filium Adolphum, qui in obsidione urbis se continebat, atque Bernhardum Comitem Lippiensem produxit 6000 Bohemos, Thuringos, Misnicos & Saxones, ductore Wilhelmo Saxonia Duce, Frederici II. Electoris fratre, & ex suis ditionibus coegerat 12 millia adhuc Praesul: tantis copiis oppugnavit urbem Lippiam primo, deinde Susatum, sed cum in una urbis Susatensis oppugnatione periissent sex millia virorum, re infecta discessum est ab armis: ADOLPHO morienti succedit filius JOANNES dictus misericors, qui ex Comitissa Elizabetha, Comitissa de Ragenellenbogen/ genuit JOANNEM hujus WILHELMI parentem & Annam Philippi Comitis Waldechiani conjugem, aviam Simonis Comitis Lippiensis moderni ex filia Catharina, amitam hujus Wilhelmi Ducis: JOANNIS ad se recipientis jus Susatensis urbis soror erat Helena Henrici pacifici Ducis Brunsvicensis ditissimi, qui erat bellicosi Wilhelmi frater, uxor, quae unam peperit marito filiam Margaretham Wilhelmo Hennenbergico traditam in conjugem. JOANNES vero Dux Clivia & Comes de Marcka, Joannis dicti misericordis filius, ducta MARIA unica Wilhelmi Juliacensis & Montensis filia, consequitur in dotem duos Ducatus Juliacum & Bergensem atque Comitatum Ravensburgicum, tum Dominium in Blote: & ex ea sustulit Sybillam Electoris sancti Saxonie Joannis Frederici belligerantis contra Carolum V. & ab Electoratu per Carolum V. amoti, conjugem piissimam, Annam Henrici VIII. Anglia Reginae, WILHELMUM adhuc superstitem & haeredem provinciarum, & filiam N. innuptam. WILHELMUS inito federe cum Rege Galliarum Francisco, quando esset creatus Dux Geldria, gessit juvenis bellum cum Carolo V. Casare, sed victus discedit a possessione Ducatus Geldriae, & ducta Maria filia Ferdinandi Casaris, nepte Caroli V. genuit Leonoram Mariam, Alberti Frederici Ducis Brutenici & Marchionis

Brandenburgensis, conjugem, *N. filiam*, *Philippi Lodovici Bepontini*, Palatini ad Rhenum, Ducis Bavariæ & Comitis Veldensis conthoralem & pias Heroides *Sybillam & Magdalenam*: & duos filios *Carolus Fredericum* natum anno Domini 1550. & in summa eaque Ducali indole anno Domini 1575. mortuum Romæ non sine sinistra suspitione, atque *Juanem Wilhelmum Administratorem Diœceseos Monasteriensis*, unicum tantarum ditionum hæredem, &c. Ut vero ostendam quod sibi minorita ille Monachus *Petrus Merseus Cratopolinus* non constet, sic scribit in actibus Episcoporum Monasteriensium, *Adolphum de Marcka* Canonicum Coloniensem, esse declaratum anno Domini 1365. Antistitem Monasteriensem, & evedtum ad Coloniensem Ecclesiam, sed ea relictâ contraxisse matrimonium cum *Margaretha Clivensium Principis* filia unica, & factum ultimum Comitem Cliviæ: *Tendo jam ad Marckean Comitatum longe amplissimum & istius Comites delineandos.*

De
MARCHIONATU sive de MARCHGRAVIATU
vel COMITATU de MARCKA & ejus
COMITIBUS.

Marcka est amplissimus Comitatus *Westphaliæ*, quo hodie comprehenduntur hi Comitatus, ut de *Dortmunde* / de *Limporch* & de *Isenborch* / deinde etiam *Diœcesis illustris Abbatis & collegii Assendiensis*, dazü wird hie auch inne verfasst die *Soistische Börde* / oder die Dörffer und Kirchen / so der Stadt *Soist* sind unterworffen / die denn gar gewaltig und fruchtbar seyn / und können wol allein einen Herrn oder Grafen erhalten / deinde hic tam amplius Comitatus in se etiam hac vetera *Baronum Dominia complectitur* modo, ut *Bolmerstein* / *Castorff* / *Decen* / *Ditindorf* / *Ruenthael* / *Strunckete* & *Orange*: taceo adhuc, quod hic Comitatus fuerit divisus & una pars dictus *Comitum de Alena*, altera *Comitum de Marcka*, *Dominia illa jam recitata, sunt huic hodie Comitatu incorporata, sicut & major pars Comitatus Isenburgici huic accessit: denique in hoc Comitatu reperiuntur etiam Subdominia nonnulla Nobilium* quot, ut sunt *Horst* / *Herbede* / *Mengeda* / *Stipelo* / *Belich* / *Witz* / &c. Hic tam late extensus Comitatus concluditur *Diœcesibus Colonienfibus* /

nasteriensis, & in uno loco Paderbornensi, & Ducatu Bergensi & Tencrorum regione: Subsunt huic Comitatu ut multæ Præfecturæ, ita etiam multæ, earumque pleræque splendide urbes, ut SUSATUM cum suo egregio Dominio, LIPPIA (ad dimidiam partem, altera enim urbis Lippia pars pariet Comiti Lippiensi) Hammona, Unna, Cama, Leuna, Schwerta, Hattinaga, Lunscheda, Werdena, Iserlonium, Pleitenburgum, Niestadium, Nierodum, Altena, Bochum, Horda, Volmerstenium, Blanckenstenium, Wetterum, Wattschensstetta, Castorpium, Westhovinum, Langenscedium & alii vici ac castella: Sitæ sunt in hoc quoque Comitatu, Comprehensæ Imperiales urbes ut TREMONIA & ASSINDIA: Invenio autem in antiquo Chronico Saxonico, quo multa historica de familiis & Insignibus Principum, etiam Regum, Ducum & Comitum continentur, quod hi Comites etiam dicantur *Marchgraffii de Marcka*, qui titulus & Comitatu & ipsius Comitibus merito propter amplitudinem & potentiam se latè extendentem tribui posset: Vellem autem ut vel à prædicto L. Lauremanno Consiliario Clivico & prudentia, usu rerum experientiaque longa exercitato, vel à Georgio Schell nobili, doctrina, pietate & multarum rerum diutina consideratione ac cognitione experto viro & Archiquestore in Horden / vel à Clarissimo & præstantissimo Nobile Georgio à Siborch / aut à studioso antiquitatis & eximio viro, genere, & literis distincto Casparo Schwarz / patricio Tremonienfi certam aliquam Chronologiam de Comitibus de Marcka consequi & obtinere possemus, eaque posteritati per Typos consecraretur: Interim dum id non fit, ego colligam nonnulla ex historiis Crantzii, Munsteri, Henrici Pantaleonis, Casparis Penceri, Petri Merffai Cratopolii, & deinde ex mea observatione, & ea subjiciam, quæ cenfeo huic negotio necessaria & utilia esse.

Andreas Hoppenrod in libro dicto Stammbuch dicit BRUNONEM Comitem de Marcka vel de Altena fuisse 38. Episcopum Coloniensem (alii dicunt illum fuisse 39.) deinde ARNOLDUM de Marcka 40. sed ego cenfeo 42. fuisse præfulem, item rursus Brunonem. 44 & Adolphum 45. sed ego cenfeo Brunonem illum II. fuisse 46. & Adolphum 47. item Engelbertum ex Episcopo Leodiensi electum in Coloniensem præfulem anno Domini 1363. Interim hoc addendum cenfeo, quod cum Adolphus Comes de Marcka esset electus Colonienfis, atque resignaret illum Electoratum & Præfulem, quod tunc ejus patrum Engelbertum Episcopum

pum Leodiensium in 63. Archiepiscopum vocarunt. Ego interim reliquis præmittam ut certio rem testem, *Chronicon Levoldi de Northoff* Canonici Leodiensis, nati equitis in Comitatu de Altena vel de Marcka, quod ille de istis, Comitibus scripsit & servari voluit in arce Altena, ubi sic genealogiam eorum Heroum usque ad sua dirigit tempora, videlicet ad annum millesimum trecentessimum & octogesimum tertium: Primo dicit *duos fratres ministros Otthonis tertii Imperatoris ex Ursinorum familia ortos Roma* (quod non videtur verisimile, postquam tunc Romæ nondum ursini extiterint) propter fideliam suam obsequium impetrasse ab isto Casare & Domino suo, *Dominia Comitatum de Altena & de Monte*, ut unus extruxerit castrum *Oldenberge* alter castrum *Monte* sic dictum, *daß der Graff von Urnsberch sich hätte beflaget und bedünken lassen/ solches Schloß wäre ihm allzu nah/* propterea dicitur hic Comes vocasse suum novum castrum *Altena*; Ex his duobus ait descendisse singulis castris ordine successores & *Comites de Monte*, & *Comites de Altena*, donec sub *Lothario Casare* viverent fratres Germani, *Everhardus Comes de Altena*, & *Adolphus Comes de Monte*, tandem ex istis duobus fratribus alter, utpote *Eberhardus fit Monachus*, & de consensu fratris convertit suum castrum *Altenberge* in *canobium Cisterciensis ordinis*: interim *ADOLPHUS Comes de Monte & de Altena* genuit *ADOLPHUM*, qui reliquit quatuor filios, *Brunonem & Fredericum* Episcopos *Colonienses*, *EVERHARDUM Comitem in Altena*, & *ENGELBERTUM Comitem de Monte*: Et ex his duobus duæ illustres descendunt familiae *Comitum de Altena*, postea dicti *de Marcka*, & *Comitum de Monte* (qui postea *Duces* creati sunt) *EVERHARDI* filius erat primogenitus, *Adolphus* Præsul *Coloniensis*, & alter filius *FREDERICUS*, tertius *EVERHARDUS*, qui duo posteriores fratres dividerunt Comitatum, ut *FREDERICUS* obtineret *Altena*, *EVERHARDUS* *Zsenberch* ad *Ruram*, unde ipsi & sui postea dicti sunt *Comites de Zsenberch*. Ex illo *EVERHARDO* nascitur *FREDERICUS Comes dictus in Zsenberch* / qui Episcopum *Coloniensem* patruelem suum *Engelbertum de Monte* occidit, & propterea *ta* punitur *Colonia*, interim ex *Ducis Limpurgici* sorore, conjugis sui heredes & liberos reliquit, qui tamen ex ditone & ab arce utraque *Altenbergica* pellebantur: istius *Frederici* erant fratres *Theodoricus Episcopus pui Monasteriensis* & *Bruno Præsul Osnaburgensis*, & erat sororius ipsi *Swallenburgicus Comes*, qui propterea quoque in discrimen veniebant:

bant: FREDERICI autem Comitis in Altena filius erat ADOLPHUS, qui ædificavit urbem *Hammonem*, ad amnem Luppianam (oppidum elegans, amœnum, habensque prata & agros fertiles, cujus encomium ante annos 82. cecinit carmine *Joannes Murellius*) Hic ADOLPHUS ex *Geldrica* Domina genuit quatuor filios, *Everhardum*, *Engelbertum*, *Gerhardum* & *Orthonem*: *Everhardus* perijt in pugna equestri *Novesti*, *Gerhardus* fit *Monasteriensis* Præsul, deinde ENGELBERTUS & *Ortho* dividunt Comitatum: OTTHO ducit viduam *Rodolphi*, Domini de *Meynhovel* / *Armegardam*, natam Dominam de *Holte* / sed caruit hæredibus: ENGELBERTUS frater Otthonis duxit *Cunegundam Tecklenburgicam* Comitissam, & ex ea genuit EVERHARDUM & tres filias, *Agnezam* Comitissam de Monte, alteram *Comitissam de Tecklenborch* / tertiam *Comitissam de Seegenhagen* / & mortua *Cunegunda* factus viduus *Engelbertus*, vocatur ad gubernationem *Episcopatus Osnaburgensis*, sed hoc recusat, interim reiterat matrimonium & reducit neptem ex fratre *Episcopi Colonienfis Engelberti de Balckenborch* / ex qua sustulit adhuc *Gerhardum* Coloniensem Canonicum & filiam, elocatam *Florentio Comiti de Mechlinia*; EVERHARDUS filius *Engelberti*, ducta *Armegarda Comitissa de Monte*, genuit ENGELBERTUM successorem, & *Adolphum* *Episcopum Leodiensem*, & filiam, Domino in *Hersberch* elocatam: ENGELBERTUS rursum ex *Arnsburgica* Comitissa genuit ADOLPHUM, gubernatorem patriæ & *Engelbertum* *Episcopum Leodiensem*: ADOLPHUS vero filius *Engelberti* genuit ex *Margaretha Clivensi*, ENGELBERTUM sibi in Dominio patrio succedentem, *Theodoricum* Præpositum *Coloniensem* & *Coadjutorem Osnaburgensem*, *Adolphum* electum in Præsulem *Monasteriensem*, & EVERHARDUM, qui cum fratre *Engelberto* dividebat Comitatum, atque sororem *Comiti Nassoviano* elocatam. Hactenus *Levoldus à Northoff* / (quæ familia fuit in eo Comitatu olim militaris & jam interiit) *Canonicus Leodiensis*, in suo *Chronico* hos prædictos recensuit. *Albertus Crantzius* scribit in *Metropoli* & in *Saxonia*, quod duo fratres *Adolphus* & *Joannes*, circa annum Domini 1160. venerint ex *Italia*, & per gratiam Imperatorum impetraverint diversos illos locos, & ita autores præsertim hujus Comitatus extiterunt: Meminit eorum in *Metropoli* libro 6. cap. 37. libro 8. cap. 55. & libr. 9. cap. 27. 45. & 92. libroque 10. cap. 24. & 48. & in *Saxonia* libro 10. cap. 12. Interim *Sebastianus Munsterus* in sua *Cosmographia*, quod etiam repetit *Henricus*

ricus Pantaleon, scribit quod *Henricus I.* dictus *auceps*, suo cuidam *ar-
tico Nobili & domestico*, contulerit eam partem, qua tunc est situs in hoc *Co-
mitatu & fecerit eum Comitem in Altena*, videlicet *ADOLPHUM*, *He-
ricus* vero *Pantaleon* duos censet extitisse fratres in aula *Henrici Auc-
pis* Imperatoris, quos donaverit duplici Comitatu, & permisit utri-
que, ut sibi certa loca eligerent, in quibus castra ponerent & extrue-
rent: & ita extruxisse *ADOLPHUM* arcem *Altena*, & *EVERHAR-
DUM* è fundamentis in alium produxisse castrum *Osdenbergi*; itaque
ADOLPHUS creatur *Dux de Altena*, & *EVERHARDUS* Comes de *Be-
ga*, *Gobelinus* persona, qui sub annis 150. non vixit, scribit in *Suolom-
dromio*, quod circa tempora *Frederici I.* Cæsaris dicti *Barbarossa*, quartus
Comes de *Altena* fuerit *FREDERICUS*, & eum genuisse quintum *Comi-
tem de Altena*, sed primum de *Marcka*. *Petrus Merfians* *Cratopolim* in
Brunonis III. Episcopi Coloniensis vita, qui fuit ordine 66. Præsul, sic scri-
bit: *BRUNO* Comes de *Altena* tertio sui Præsulatus anno, se magna
tu ditionis *Coloniensis* abdicavit, & consentiente clero, *ADOLPHO*
fratri hunc resignavit, ipse vitam solitariam in cœnobio veteris mo-
tis degens. Monasterium hoc celeberrimum hoc modo habuit ini-
tium, ad annum circiter 1126. *ADOLPHUS I.* Comes de *Altena*, fratrem
habuit *Gerhardum*, cui in fraterna divisione cessit castrum *Altenbergi*
ad *Dunum* fluvium, qui devotionis zelo postea accensus, factus est
monachus *Cistriensis Ordinis* in *Morimundensi Monasterio*, ad cuius peti-
tionem castrum suum *Aldenberghum* *Adolphus* frater ejus commuta-
vit in cœnobium, ordinis *Cistriensis*, ubi postea *Adolphus* sepelitur,
ut ejus fundator: Habent in eo cœnobio sua reconditoria *Comites &
postea Duces Montenses*.

Jam audiamus, quid de his differat *Caspar Peucerus* in *Chronico Phi-
lippico*, sic ajens:

ADOLPHUS genuit duos fratres filios suos, quos *Henricus I.* Cæsar
dictus *auceps*, *Comites* constituit, *EBERHARDUM* *Comitem* in *Berga*,
ADOLPHUM *Comitem* in *Altena*, cum *Everhardus* monachi statum ac-
riperet, ex *ADOLPHO II.* genitus est *ADOLPHUS III.* *Comes* in *Al-
tena & Bergensis*, qui genuit *EBERHARDUM*, *Comitem* in *Altena*, de
quo postea dicemus, & *ENGELBERTUM* *Comitem Bergensem*, qui de
cæ Comitissa *Geldrica* genuit *ADOLPHUM* *Comitem Bergensem*, cuius
filii erant, *Engelbertus & Adolphus Comites Bergenses*: ex *ENGELBER-*
TO

TO nascitur ADOLPHUS Comes Bergensis, cujus soror nupsit Juliano Comiti, & ita Bergensis Comitatus, deficientibus masculis heredibus, pervenit ad Juliacenses Comites, & sic uniti permansere isti Comitatus (qui designati sunt Ducatus postea) EBERHARDUS vero Adolphi III. Comitis de Altena & Bergensis filius, genuit FREDERICUM Comitem de Altena, ex quo nascitur ADOLPHUS DE ALTENA, Comes de Marcka, qui genuit ENGELBERTUM Comitem de Marcka, & ex hoc natus est EVERHARDUS, cujus filius fuit ENGELBERTUS Comes de Marcka, qui reliquit duos filios Engelbertum primo Leodiensem Episcopum, deinde Colonensem in Nepotis sui Adolphi locum constitutum, & ADOLPHUM Comitem de Marcka, cujus uxor fuit ultimi Comitis Clivensis Theodoricus filia, & hic genuit ENGELBERTUM Comitem de Marcka, Adolphum Praesulem Monasteriensem & deinde Colonensem, postea factum Comitem Clivensem, atque Theodoricum Dominum in Dinlaken.

Hæc habet Peucerus.

Ego subjiciam, quam ego ex veteri Germanico Chronico Colonensi & ex aliis Chronicis observavi, de horum Comitum genealogia: ADOLPHUS Comes in Altena genuit Brunonem Archiepiscopum Colonensem, ADOLPHUM certantem Coloniae in campo equestri anno Domini 1179. & Arnoldum succedentem fratri in regenda Ecclesia Colonensi; Ex ADOLPHO nascuntur duo fratres, ADOLPHUS Comes in Altena, qui in campo equestri Wormatia fuit anno D. 1209. & BRUNO I. dictus Comes de Marcka, quia iste arcem de Marcka, adhuc existentem non procul ab urbe Hammone extruxit, & in ea habitavit, unde nomen accepit, ut diceretur Comes de Marcka cum posteris: ADOLPHUS iste Comes de Altena tertius fuit pater ADOLPHI quarti, qui in campo equestri Wurtzburgi ad Mænum anno Domini 1235. certavit, & hujus erant filii Ottho & Wedekindus, ultimi Comites de Altena, quia sine heredibus discesserunt ex hac vita. Ex BRUNONE I. Comite Marckensi nascitur ADOLPHUS & EVERHARDUS, qui moriente fratre, ex Comitissa Bergensi, genuit Adolphum Leodiensem Episcopum, atque ARNOLDUM Comitem de Marcka, qui genuit Gerbardum Episcopum Monasteriensem, virum pium, & JOANNEM atque ENGELBERTUM, qui dividebant Comitatum: JOANNES genuit

nuit EBERHARDUM patrem ADOLPHI, primo *Monasteriensis* deinde *Coloniensis* Præfulis electi, & tandem creati *Clivensis* Comitis, & hujus Adolphi novi Comitis *Clivensis* fratres erant *Theodorus* (quem ex errore nominat *Peucerus Dominum in Dinxlase*) *Præpositus Coloniensis* & *Coadjutor Osnaburgensis*, atque *Engelbertus* natu maximus, quorum soror *Armegarda* nupserat *Comiti de Lippia Othoni*, cujus filio *Othone Theodoricus* resignavit *Præposituram Coloniensem*, ut nepoti suo: Ex ENGELBERTO vero *Joannis* fratre & *Arnoldi* filio nascuntur, *Engelbertus* Episcopus *Leodiensis* primo, deinde in Nepotis sui *Adolphi* electi, postea facti *Clivensis* Comitis, locum assumptus ad *Ecclesiam Coloniensem* gendam, atque *ARNOLDUS*, qui ex *Comitissa Tecklenburgica* genitrix ENGELBERTUM, multa bella contra *Bergenses Heroes* gerentem cum ille sine prole moreretur, successit *Adolphi I. Clivia Ducis* frater GERHARDUS, factus *Comes de Marcka*, qui duxit *Newwenariam Comitissam*, parientem marito ENGELBERTUM, multa gerentem bellum cum novis de Monte ducibus, & moritur absque prole, sic ditio redit ad *JOANNEM Ducem* & ejus filium *ADOLPHUM* defendentem urbem *Susatensem*. Reliqua translegimus in *genealogia Ducum Clivensium*: tendimus jam ad *Bergensium* primo *Comitum* deinde *Ducum genealogiam*.

Propterea adjungere *Marckensium* *Genealogiæ* stirpem & successionem *Bergensium* Principum debui, quod *Leveldus de Northoffi Munsterus*, *Peucerus* alique censeant, ex una linea descendisse & *Marckenses* & *Bergenses* Comites, deinde quod sint sibi vicinissimi: BERGA nunc *Ducatus Westphalia montosus*, nemoribus & sylvis abundans sese ad *Rhenum* circa & supra *Coloniam*, late extendens, sub quo comprehenduntur pulchræ civitates, arces atque etiam *Domina*, ut *Lenep/ Siborch* & *Blancfenborch* / quorum duo posteriora *Domina* jam *Dux* possidet.

De BERGENSIUM Ducum Genealogia

IN hoc Ducatu comprehenduntur hæc urbes: *Düsseldorfium*, sedes *Ducalis*, *Lenepum*, *Ratinga*, *Wippervorda*, *Ervervelda*, *Bienborch* cum arce, *Salingen* / *Breckerveldum*, *Kade* / *Siborch* / *Gerighen* / *Tuitium* (Teut.) *Mulm* / *Retwisch* / *Kessel* / &c.

Sebastianus Munsterus talem refert Genealogiam horum primo Comitum, deinde Ducum: Fuit, ajens, quidam Nobilis in aula Caesaris Henrici Aucupis, nomine EBERHARDUS, ejus Majestati admodum fidelis, quem constituit in Berga Comitem, qui genuit ENGELBERTUM & is ADOLPHUM, ex quo ADOLPHUS II. & ex eo tertius, & cum ille careret hæredibus, pervenit ad sororis, quæ erat Juliacensi Comiti elocata, filium nepotem suum, GERHARDUM, Bergensis Comitatus, qui genuit WILHELMUM, & ex eo SECUNDUS WILHELMUS, & post eum TERTIUS WILHELMUS, qui factus est Dux Juliacensis, ex eo genitus est ADOLPHUS, cujus filius erat WILHELMUS V. & hic genuit GERHARDUM, & hic Gerhardus genuit ADOLPHUM, sine hæredibus morientem, atque WILHELMUM VI. Adolphi fratrem, cujus unica filia Clivensi Duci elocata est, &c. Hæc Munsterus, quem etiam sequitur Pantaleon. Caspar Peucerus sic recitat horum Genealogiam, in Chronico Philippico: ADOLPHUS Comes de Alstena & Bergen, genuit ENGELBERTUM Comitem, qui ducta Gledrica Comitissa, genuit ADOLPHUM, Comitem Bergensem, & filiam elocatum Comiti Juliacensi Wilhelmo, ad quam, mortuo ultimo Comite Bergensi Adolpho, fratre istius Dominae, sine hæredibus, devolvitur Comitatus Bergensis, & hujus WILHELMI & natæ Comitissæ Bergensis filius erat GERHARDUS, &c. Hæc ibi habet Peucerus: Sed errat uterque & Munsterus & Peucerus: & quilibet facile conjectare poterit, quando Comes Bergensis sit primo elevatus in Margrassum & deinde in Ducem, quod proprius de Berga Comes diu adhuc post ea tempora, de quibus referunt isti duo historici, extiterint: ego interim spero me certiore genealogiam ex veteri Germanico Coloniensi Chronico & ex aliis Chronicis, ut Gobelini persona, Erwini Erthmans & similibus daturum esse: interim optarem aliquem virum doctum in istis locis oriundum, vel consiliarium aliquem Principis vel Ducatus istius, (qualis est in Ducatu Cliviæ Licentiatus Joannes Lauromannus) prodire posse, qui ex archivis Ducatus istius, vel ex veteribus monumentis, & sepulchrorum annotatis, vel ex cœnobiorum, collegiorumque & civitatum privilegiis, certiora de his Comitibus & modo Ducibus daret: Hanc autem censeo genealogiam horum Principum veram: ENGELBERTUS Comes Bergensis fuit in Comitibus Imperii in Jngelhusen anno Domini 1180. ex quo natus est Theodoricus, Episcopus Coloniensis

& ADOLPHUS, cujus vicissim filii erant *Engelbertus* Episcopus *Coloniensis* & ADOLPHUS, qui habuit liberos *Engelbertum II.* Episcopum *Coloniensem* occisum à Comite *Ifenburgico*, *Frederico*, & *THEODORICUM*, qui genuit ex *Ducissa Limpurgica* N. ADOLPHUM, viventem circa annum Domini 1292. ex quo natus est *Conradus* Episcopus *Monasteriensis*, & ADOLPHUS *Comes Bergensis*, qui *Siffridum* Episcopum *Coloniensem*, natum Dominum de *Westerborch* cepit & captivum ad septennium detinuit, & per istius relaxationem consequitur artem *Wensborch* & *Syborch* aliaque, interim dum liberatum Episcopum adducebat *Comes Adolphus*, posuerat ei & adornaverat clam insidias Episcopus, ut à ministris Præsulis, qui magno numero aderant armati, incautus caperetur *Comes Adolphus*, quem graviter detentum, diebus æstivis & præsertim *Canicularibus* ad solem melle linitum, nudum in caverna muscis exposuit, ut miserum Comitem *Adolphum* quando excruciant, & miserè affligerent moribus & aculeis suis. Et quando vis Comes omnia promitteret se redditurum, quæ captivo Episcopo extorserat & plura additurum, modo libertatem conquiretur, sed nihil obtinuit: Ad suas miseras preces & clamores nihil aliud ab Episcopo arrogante, quam in humanum, immisericors & insolens responsum accepit, videlicet, habere *S. Petrum*, quo suos enutrire possit, ne quicquam eis desit: Se autem velle istum Comitem docere, quid sit *Archiepiscopum* tenere captivum. Sic igitur ad mortem usque detentum muscis in ferrea cavea expositum tenuit, donec in tali calamitate interiret admodum miserè miser *Comes*. Hæc sunt pia Episcoporum *Apostolicorum* opera! quale & illud *Hattonis II. Moguntini* præsulis est, qui tempore famis ingentem mendicorum, petentium eleemosynas, turbam in horreum quoddam amplum, quasi sua liberalitate pasturus esset conclusisse dicitur, ac subjecto igni eos concremari iussisse: Horum cum miserimos ejulatus & anxios clamores in flammam ignis, ipse & multi audirent, mox inquit, hæc sunt murium absumentium frumenta voces & soni: Sed mox dignas de dit pœnas, de qua res istius Tyrannidis perpetuum extat in ipso flumine *Rheni* testimonium, videlicet *Turris murium*, ubi est à muribus consumptus: Tales & tam pi sunt Episcopi creaturæ sui Dei, *Idoli Romani* & *Antichristi*. Sed revertor ad Comitem ita misere per multa tempora excarnificatum, cujus filius erat ejusdem nominis ADOLPHUS, qui cum senatu urbis *Coloniensis*

loniensis conspirans variis modis se oppesuit circa annum Domini 1318. Episcopo, vindicaturus miseram patris mortem: ex hoc rursus genitus est filius ejusdem nominis ADOLPHUS, qui ex Comitissa Neuwenaria genuit Margaretham, Otthonis armipotentis Ernesti filii Ducis Brunswicensis, in terra Gottingensi uxorem (quæ peperit *Wilhelmum* maturius morientem & filiam *Elizabetam*, elocata *Erico Brunswicensi de Grubenhagen*) & WILHELMUM, qui ducta unica Comitissæ *Wilhelmi Ravensburgici* filia, sit cum ea hæres istius Comitatus, & hujus erat filius GERHARDUS, qui ex Geldriensi Domina, genuit WILHELMUM primo creatum Marchionem & postea Ducem Montensem vel de Berga, cujus uxor erat *Anna Palatina, Casaris Ruperti* soror, ex quibus tres ipsi sunt geniti filii, *Rupertus* Episcopus Paderbornensis, quem mirifice commendat *Gobelinus* persona in suo Cosmodromio, hoc subjiciens de illo Epitaphium:

Plangite *Rupertum* varia virtute refertum
 Montis magnificum *Bavariæ*que Ducem,
 Germen amarosum, detestans omne dolosum,
 Cloria *Westphaliæ*, qui fuit Ecclesiæ,
 Virtutum cultor, vitiorum strenuus ultor,
 Hic *Judex æquus*, militiæque decus:
 Quo pax juratur, quo patria tota beatur,
 Ipse triumphator, fæderis atque sator.

SECUNDUS novi *Wilhelmi Ducis* filius erat ADOLPHUS, qui proprium incarceravit patrem, quem ex vinculis eripuit *Henricus ab Der* eques auratus, ex eo Adolpho natus est ROBERTUS, qui ducta viduâ *Reinoldi, Ducis Geldriensis & Juliacensis*, consequitur Ducatum *Juliacensem*, sed is *Reinoldus* mortuus est ante patrem absque hæredibus, ita cum difficultate per varia bella retinet pater ADOLPHUS II. *Dux Bergensis, Ducatum Juliacensem*, sed ita obætatus, ut pene pauper *Coloniæ* moretetur; tertius autem WILHELMI novi *Ducis Bergensis*, filius & istius *Adolphi & Ruperti* Episcopi frater erat WILHELMUS, qui in locum *Ruperti* fratris eligitur Præsul *Paderbornensis*, sed is resignato Episcopatu in manus Capituli ad usum *Theodorici de Morsa* Comitissæ, ejus duxit ex sorore neptim *Alheidam*, filiam *Nicolai Tecklenburgici*, & nuptiæ solemniter celebratæ sunt in *Arnsborch*, & hic vivente fratre ADOLPHO & ROBERTO filio ejus pro se retinuit Comitatum *Ravensburgicum*, & duos
 ge-

genuit filios, GERHARDUM, & *Wilhelmum* maturius discedentem, et GERHARDUS ducta *Sophia*, filia *Bernhardi Ducis Saxonie, Angriariae & Westphaliae in Lovenborch* & sorore *Joannis Ducis*, genuit *Adolphum* in adolescentia morientem, & *WILHELMUM*, cui duae erant uxores, prior erat *unica filia hereditaria Comitatum & Dominiorum, in Sinaberg in Doist & Nissaw* alii *Niddeef* vocant) quae tria Dominia per tale matrimonium consequitur, & etiam, defuncta conjuge absque heredibus & prole, obtinuit, adhuc extant vel existunt in terra *Fuliacensi*. Secunda ejus uxor erat *Sybilla Brandenburgica, Alberti Electoris (dicti Germaniae Achilles)* filia, ex qua sustulit unicam filiam *Mariam*, quae nupsit *Duci JOANNI*, anno Dn. 1496. & ei duos amplissimos Ducatus & Comitatum *Ravensburgicum* splendidum cum *Dominio Blote* quod *Maria* pater *Dux Wilhelmus* sibi emerat, in dotem attulit: &c. Sed de his plura audimus, quando ad *Fuliacenses* Duces pergimus. Invenio in *annalibus Episcoporum Leodiensium*, quod *BALDERICUS* filius *Comitis Montensis* fuerit 15. ibidem praesul & Doctor insignis circa annum Dn. 956. deinde quod 19. Episcopus ibidem *WOLBODO* Legum Doctor, & filius *Montensis Comitis* circa annum Domini 1018. fuerit, unde constat antiquitas veneranda horum de *Berga Principum*.



ILLUSTRISSIMORUM
DE
BERGA,
Vel De
MONTE DUCUM

In Westphalia Res Gestæ, Historiæ ac Acta quædam,
congesta & descripta ex diversis Chronicis,

In gratiam & ad honorem

ILLUSTRISSIMI & LECTISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI,

Domini WILHELMI,

Ducis Julix, Cliviæ & Bergensis excellentissimi, &c.

Provincia Westphalica Gubernatoris optimi præstantissimique, & patria patris
benignissimi & longe colendissimi

per

HERMANN. HAMELMANNUM, Lic. Theol.

LECTORI S.

Si hic non omnes vel singulas historias Ducum Illustriss. de Berga referrem, vel non eo ordine, quo debebam, id mihi peto reverenter ignosci ab omnibus. Quæ investigatione & observatione quadam cognoscere & reperire potui, huc retuli ita ut inveni. Nec spero Illustriss. & cordatiss. Principi, Duci Julix & de Berga, &c. ista, quæ ad laudem Illustriss. suæ Cels. proavorum & majorum spectant, (quanquam nihil sit ab omni parte in ullo homine beatum, quin aliquid vitii habeat habueritve) aut etiam cuiquam alii, contraria fore. Si qui plures habeant Westphalicas historias vel de hoc Ducatu, vel de aliis ditionibus Westphalia, istas velim ab eis edi; interim precor, ut meum laborem bono animo in gratiam prædicti optimi Principis & ipsius Ducatus Bergensis congestum boni consulant pii, & nihil in malam partem interpretentur, quoniam gloriam patriæ Westphalicae quero & pro mea tenuitate illustrare cupio.

Anno M D LXV.

Q q q

Incli-



Inclyto & Illustri Domino,
Domino FRANCISCO, Comiti de Waldeh / &c.
 Suo Domino Clementi;

Nec non

Nobilibus & prestantissimis Dominis,
Domino WILHELMO de Bardenstedt /
 Domino de Hardenberg / Marscallo, Consiliario, & Sacerdote
 in Sollingen / &c.

AC

Domino GERHARDO de Waldborg
 dicto Slynfern /
 Palatii Magistro, Consiliarioque in Ducatu Bergensi, &c.

Atque

Clarissimo consultissimoque viro Domino Doctori J. U.
EGIDIO MOMERO,
 Doctiss. Consiliario Illustriss. Principis Juliae & Bergae, &c.

Tum quoque

Humanissimo & integerrimo
JOHANNI BRIELLENSI,
 Scribae Provinciali ditionis Bergensis, &c.

Suis Dominis observandis & colendis,

HERMANNUS HAMELMANNUS, Licent. Th.

S. D.

K Rantius libro X. capite 39. Metropolis scribit de RUPERTO *Metrop.*
 Dn. Wilhelmi Ducis Bergensis quondam primogenito, *(cognate)*
frater erat Adolphus ille bellicosus) tunc electo in Episcopum Pader-
 bornensem, quod non solum multis variisque virtutum donis praeditus, & in
 rebus gerendis dexterrimus fuerit juvenis ille Heros supra senum caucius
 prudens & sagax; verum etiam adeo amatus omnibus ex aequo subditis propter
 eximias corporis & animi dotes per totam ditionem Paderbornensem, ut
 Ruperto peste sublato, nunquam in ullius hominis funere tantus & simul

tam inquam vehemens uniuersorum luctus sit alias visus, quam in istius Incliti & Excellentiss. Herois sepultura. Hæc certe est magna laus de Ruperto Duce Bergensi. Quanto autem rectius multa majora encomia de Illustriss. Excellentiss. & Clementiss. Principe vestro Domino, Dn. WILHELMO, hodierno Duce Montis, &c. Qui quoque ita omnibus virtutibus affatim & cumulatiſſime illustratus est, & dici & scribi deberent, quum ipse etiam tantopere ab omnibus non solum subditis, sed simul reliquis celebribus in Westphalia, imo per totam Germaniam uiris ametur, diligatur & summa reuerentia colatur propter præstantissimas animi dotes & Heroicas Christianasque virtutes, quibus uere pie pollet, ut non credam alium quemquam Principem uirum ita tam ardentem posse à subditis & simul vicinis, adeoque etiam exteris hominibus amari & coli. Ut igitur illum ipsum Principem, cordatissimum Heroa ac Dominum, Dn. Wilhelmum, Ducem Julia, Clivia & Bergensem, &c. ut patrem patria diu seruet in columem, ardentibus rogemus uotis ab aeterno patre Domini nostri Jesu Christi. Ego quoque hujusmodi uotis piorum adicio meas etiam preces, & opto: ut filius Dei noster Emanuel regat, gubernet & conseruet illius Cels. cui eandem commendo orationibus meis & ardentem peto, ut ipse in perpetuum adsit. Hæc ad V. Cels. & Excell. præfari uolui, & spero, nostra qua collegi, & quibus res præclare gesta Ducum Bergensium obiter, ut a me reperia sunt, describuntur stilo rigido & rudi, (interim ut desint uires tamen laudanda est uoluntas) fore non ingrata excellentissimo Principi, hodierno Duci Bergensi, Dn. Wilhelmo. Cum autem T. Cels. illustris & generose Comes istius optimi & laudatiss. Principis & cognatus & Conſiliarius sit & nunc sedes in Ducatu Bergensi habeat: Tum quoque Nobiles Domini, Dn. Mareſcalle ac Dn. Palatii Magister in eadem ditione, V. Excell. præcipuas & primarias dignitates obtineat: denique uestra etiam Dig. doctissime & consultiſſime Domine Doctor isttus celeberrimi Principis Bergensis consiliarium clarissimum agat, atque tua simul H. Egregie Domine Scriba Provincialis curam habeat istius Westphalicae Provincia, de cujus antiquitate aliquid hinc inde collegi (ut sum rerum Westphalicarum: tanquam amans patria, studiosus) merito V. Cels. Excell. & Dig. hic inscribitur labor noster qualiscunque quem ideo ex diuersis scriptis simpliciter & rudi Minerva congeſſi in gratiam illustriss. & potentiss. Principis ueſtri, ut in uno opusculo extarent quaedam certa & præcipua historica Ducatus Bergensis, eaque ueſtratibus offerrentur collecta qua de maioribus optimi Principis Guilhelmi, &c. eorumque rebus præclare gestis in diuersis Chronicis iisdemque non cuiusvis obuiis leguntur. Ista inquam ut reperi collegi tumultuanter, & sine ornatu uerborum huc repositi.

sui. Cur autem illa V. Cels. & Excell. Dignitateque dedicerentur, plurimum in causa.

T. Cels. Inclite Comes nomine integritatis, candoris, pietatis ac benevolentie plurimum commendatur, & eadem dicitur has virtutes reipsa exercere, imo quam bene erga studiosos doctos peritosque sit affecta, simul satis aperte declarat, cum nunc apud se liberaliter foveat industrium & præstantem virum D. Wendelinum Colmacherum, quondam V. Cels. patrum Cancellarium peritum & eximium, ejusque consilio libenter hodie utatur, atque venerandum & doctissimum virum D. Petrum Loo disertum Evangelicarum assertorem in ista regione, &c. sibi ministrum habeat, taceo alios. Eiusmodi factum erga me ut V. Cels. habeat reverenter oro.

De vestra quoque humanitate, rerum usu, gravitate, experientia, iudicio, consilio, studio, fide & aliis dotibus nobiles Dni. D. Marefcalle & D. Platii Magister multi prædicant, ut his commotus V. Excell. præterire non tuerim. Quod ad T. Dig. attinet clarissime D. Doctor, tanta eruditione, acumine, ingenio, scientia & gratia polles, ut ego merito cum admiratione & observantia quadam hac offeram corrigenda, examinanda & iudicanda T. D. quæ cum clarissimo & literatissimo D. Francisco Fabricio, Rectore Scholæ celeberrimæ Duffeldorpiæ, homine Ciceroniana eloquentia laude excellenti, ita in historiis versata est, ut nemo magis. Ita quidem & tam suaviter scribis Domine Doctor carmina, ut tota Antiquitas, & ipsæ etiam Ovidius tuam illam felicissimam venam stupore quodam admiratus fuisset, ita etiam & tanta dexteritate consilia tractas & in Jurisprudencia versaris, ut nemo possit dexterius, ita religionis nostræ negotium tueris, ut nemo te fidelius. Ambiens igitur tuam amicitiam, hæc volui tibi viro absoluta doctrina prædicti simul inscripta esse, ut & illa corrigantur & ego tui patrocinii favore fruatur. Tua postremo humanitas, optime & ornatissime Scriba Provincialis, nulla etiam propter sinceritatem, benevolentiam, pietatem & præstantiam commendatur, hinc est quod te reliquis apposuerim.

Habetis causas dedicationis Inclite Comes & simul celebres Domini. Et quidem debebam esse copiosior in encomio & Vestra Cels. Excell. & Dig. de exornanda, cum ex multorum sermone, tum vero imprimis prædicti Domini Petri Loo viri eximii & humanissimi perceperim, quid de vobis sit sentiendum, sed vino vendibili non opus est suspensa hædera. Valeat V. Cels.

Excell. & Dig. in Christo, cui me commendo. Calend.

Januarii Anno 1565.

Primo COMITUM deinde
DUCUM de MONTE vel BERGENSIUM

quædam gesta, acta & historiæ ex diversis Chronicis
observatæ, & primo ex *Krantio*.

Krantius libro 4. cap. 2. *Metropolis*, EGEHARDUS, Marchio
Mistensis, vehementer aspirabat ad regnum festinans in *Duss-*
feldorp/ubi audivit Principes conventuros, &c. Ergo tunc post
Orthonem III. demortuum fuit urbs *Dusseldorpiæ* clara.

Libro 10. cap. 39. *Paderbornæ* fit ex provisione Papæ primogenitus *Wil-*
helmi Ducis de Monte Rupertus Præsul, cui antea provisum erat de *Ecclesia*
Pataviensi ad Danubium, unde durum bellum ortum est, nam erat, quem
Duces *Austriæ* efferebant ad illam, & contra pro *Ruperto* stabant *Duces*
Bavariæ, cognati ejus. Sed *Rupertus* jam *Paderbornam* transla-
tus, deserit alteram *Ecclesiam*. Quindecim menses transferunt ante-
quam ille veniret *Paderbornam*, sæpe vocatus à Capitulo suo. Per
ejus absentiam excitati raptores, incendiarii, homines inquieti, quo-
rum patronus erat *Fredericus de Patberg*/junior; atque cum *Gerhardus*
de Spiegel/alias Præfectus *Ecclesiæ* ad tutelam nimis improvidus esset,
captus est, atque postquam novi capitanei opponerentur hostibus, &
ipsi capiuntur. Novus electus veniens tandem, de manibus *Frederici*
Padbergici soluta pecunia, quam iste impenderat, recipit arcem *Drin-*
genberg/atque cum *Fredericus* videret se administratione arcis destitu-
tum, nec esse liberum exercere veterem quæstum, cum multis com-
plicibus, qui sibi nomen indiderant *Bingheler*/ quod fustes argenteos
adpectus præferrebant, insidiati sunt *Ruperto*, ipsique hostilia nuncia-
runt: Sed vicit, stravit & cepit illos *Rupertus* numero 78. cum capita-
neo. Hinc statim alii hostes perterriti veniam petiere, ut *Herboldus*
Brobecke/ ante cujus arcem in obsidione ictus prædecessor *Simon de*
Sterneberg interierat, & *Conradus Spiegel* liberatur. Quos igitur *Simon*
Episcopus subigere non potuit, facile obediens reddidit *Rupertus*. In-
terim cum adhuc secundo nova moliretur *Fredericus Patbergicus*, & ju-
ramentum præstare juxta promissa recusaret, imo amicitiam denuo
renunciaret *Episcopo* *Ruperto*, mox arcem *Frederici*, cui fidebat cin-
xit, interim in obsidione strenua bellicosus *Rupertus* peste moritur.

Libro 10. cap. 50. Uno intercedente *Joanne de Hoya*, qui transla-
tus est ad *Hildesimensem Ecclesiam*, eligitur statim victoriosi *Ruperti*
de

de Monte frater *Wilhelmus* juvenis octodecim annorum Paderbor-
nae, &c.

Idem libro II. cap. 10. *Wilhelmus de Monte Dux*, admissus Praefili,
exercuit singulares inimicitias adversus *Henricum de Ore*, qui arce
Ravensberg à Germano fratre Domini *Wilhelmi* Domino *Adolpho* Co-
mite de *Ravensberg* tenuit obligatam, dum ad partes Rheni proficisce-
retur patri ac filio suppetias laturus, ab eodem Henrico in quadam vil-
la, ubi *Wilhelmus* cum suis requievit, nocte captus est 27. mensis
Octobr. sed fuit illorum natalium Episcopus, ut se de manu militum
viri facile eriperet. Item libro II. cap. 16. Hic *Wilhelmus* vicit *Comitem*
Speigelberg & oppidanos de *Hamelen* gravi pugna: Et coegit *Domini* de
Lippia *Simonem* & *Bernhardum* filium, moto in illos bello, ut ab illo ho-
magium sulciperent. Ibidem cap. 17. & 18. Interea eligitur à quibus-
dam canonicis in Episcopum *Coloniensem* *Wilhelmus*, alii qui *Boni-*
erant eligunt *Theodoricum de Morsa*: interim *Theodoricus* impetrata
consecratione & occupatis arcibus graviter pugnat cum suis contra
Wilhelmum: mox se quoque subtrahunt *Wilhelmo Paderbornensis*,
quos serio reformatione quadam corrigere cogitabat & submitunt se
quoque isti *Theodorico*. Ita *Wilhelmus* vidit se undique circumven-
tum: interim cogitat de conciliando novo Archiepiscopo *Theodorico*:
Quia sacris initiatus non erat, Neptem ex sorore Archiepiscopi filiam *Comi-*
ris de Tecklenborg accipit conjugem, factus ita Comes in *Ravensberg*: Nu-
ptiæ celebratae sunt in arce *Ursberg* &c.

Lib. 6. cap. 48. *Saxonia Krantius* ait: *Philippus* *Coloniensis* mercato-
res quosdam de *Dusberg* per suam diocesim transeuntes rebus lecti
nudari, quod vectigalia & solita jura non solvissent. Nudati quarimo-
niam apud regem *Henricum* deponunt, qui misso nuncio jubebat rediti
spoliatis sua, Archiepiscopus legitimas causas prætendens non paruit:
iterum mittitur ad illum nuncius de restituendis ablatis, sed redit in-
anis: tertio sub obtentu gratiæ præcepit Imperator adempta restitu-
tandem acerbius in Regem stomachans apud ipsum malam impetravit
gratiam, &c. Ergo tunc fuit urbs *Dusberga* clara.

Historici de Genealogia Ducum de Berga variant: Aliter de illis
refert Doctor *Munsterus* in sua *Cosmographia*, aliter *Coloniense Chronicon*.
Ego & D. *Munsteri*, & *Chronici* *Coloniensis* verba ac sensum appo-
nam aliorumque subjungam opinionem. Etsi dicat *Munsterus* quos-
dam esse, qui putant Comitatum *Bergensem* initium habuisse, cum
Her-

Henricus Leo ejiceretur à Frederico Barbarossa primo ex Westphalia; tamen primo loco ponit hanc historiam, quod sub Henrico I. qui Auceps dicebatur, erecti sint Comitatus de Altena & Berga à duobus fratribus, quos & Comites Casar creavit & istis donavit locis anno 924. Ita autem Bergensium Genealogiam numerat titulo de Ducatu Bergensi Dominus Münsterus, ADOLPHUM quasi primum, deinde ex linea descendenti ab illo hos recenset ENGELBERTUM, ADOLPHUM, ADOLPHUM ENGELBERTUM & ADOLPHUM, qui cum careret hæredibus, ipsius ex sorore nepos GERHARDUS, de Gillsch Comes, factus est successor & hæres Comitatus Bergensis: cui in utroque Comitatu succedit filius WILHELMUS, deinde GERHARDUS, postea WILHELMUS, qui rursus genuit WILHELMUM primum Ducem Julia & Berga, atque quoque Geldria, &c. Huic succedit frater REINALDUS, qui mortuus est anno 1423.

Bergensis Comitatus erectus est in Marchionatum à Carolo IV. Cæsare, deinde in Ducatum mutatus est à Wenzelao filio Caroli IV. &c. Sed melius mihi supputare videtur idem Münsterus præcedenti tractatu, titulo de Ducatu Juliacensi Genealogiam Bergensium Ducum, cum inquit, Mortuo REINOLDO ultimo istius linea Duce Julia & Geldria anno Christi 1423. vidua nupsit defuncti mariti sui Reinoldi cognato ADOLPHO Bergensi, & is per nuptias ita factus est Dux Julia & Berga, cum autem Adolphus moreretur sine hæredibus, succedit frater WILHELMUS, cujus filius GERHARDUS utrumque Ducatum obtinuit, ex quo natus est WILHELMUS, qui unicam & hæreditariam suam filiam elocavit anno 1496. Duci Clivensi JOANNI, &c.

Ex Chronico Coloniensi quædam excerpta de rebus, Historiis gestisque DUCUM BERGENSIUM.

THEODORUS primus ejus nominis Comes de Berga, Episcopus 47. Coloniensis fuit per annos sex: atque erat in initio optimus Præsul, postea mutato animo populum paulo gravius vexavit novis exactionibus, deinde excommunicato Ottoni IV. Saxoni Imperatori adhaesit: Ita per Celestinum (forsan Scelestum) IV. missis Legatis Coloniæ depositus est Theodorus, atque unus legatorum fuit Syffridus Moguntinus Præsul. Interim ex ditione Coloniensi numerabantur ei 40. marca quotannis.

In istius locum eligitur ENGELBERTUS I. Comes de Berga anno 1215. (cujus mater fuit Comitissa de Geldria) factus 48. Episcopus Coloniensis: is erat in Præsulatu per annos decem sub Ottone IV. & Frederico II. Idem

Idem Episcopus erat homo miræ pulchritudinis, & propter Heroicæ virtutes apud multos clarus, & gratus Frederico II. interim misere in itinere cum iret ad consecrationem *Ecclesie Smelmensis* occiditur à *Frederico Comite Isenbergico*, qui etiam hoc nomine damnatus per *Casarem* dedit pœnas sui latrocinii, rotatus *Colonia*.

CONRADUS de *Hoesfeden* Archiep. Comes ultimus illius Comitatus (qui istum assignavit Ecclesiæ suæ) adjutus à civibus *Coloniensibus* forte struxit propugnaculum insignitum quindecim turribus *Twitii*, ex quo plurimum damni dedit *Comitatu Bergensi*: interim Comes fortiter opposuit: postea est pacificatio inter ipsos facta.

Cum cives *Colonienses* dissidentes à suo Episcopo, feliciter contra eundem pugnarent, jam exparta victoriæ facti insolentiores, magno numero elapsi ex urbe, & trajecti per *Rhenum*, vi quadam voluerunt ligna ferre potenter ex *Comitatu Bergensi*, cujus Dominus *ADOLPHUS* adjuverat Episcopum: Advenientes turmatim cives excepit Comes cum quadringentis equitibus, qui tantum civium numerum vehementer straverunt, quia 50. ex civibus perierunt: alii cito regressi sunt per fugam ad *Rhenum* ut navigio redirent ad suos. Interim pœnituit *Senatum* populumque tantæ stragis, ideo potenter fere omnes cives sunt egressi armati, ut ex loco, ubi 50. perierant, adferrent funera: eaque deferrent in urbem, quod ita factum est.

Engelbertum II. Dominum de Valsenburg Episcopum si cepit *Comes Juliacus* & captivum tenuit per annos semiquatuor, &c. ut hoc obiter inseram, etsi à *Westphalia* alienum.

Cum *Sifridus de Westerburch* Comes eligebatur in Episcopum s. erat etiam qui sua vota dabant *Conrado de Berga Comiti*, sed alter consecutus est pallium à *Papa*. Hic *Sifridus* multum damni *Juliacensi* terra & *Bergensi* dedit eoque adegit *Bergensem*, ut destruere cogere extructas munitiunculas in *Molsheim* & *Moinheim*.

Cum Dux tunc adhuc *Comes Bergensis ADOLPHUS* esset proximus heres tunc defuncti sine liberis Ducis *Limburgici*, emit ab illo omne sibi in istum Ducatum *Joannes Brabantinus Dux*: cui se tunc opposuit *Arnoldus Comes Geldria*, putans sibi nomine uxoris deberi istum Ducatum, qui mox vi incepit urbes ac arees istius Ducatus occupare. Cum autem respectaret ad bellum, adjunxit sibi in societatem *Geldricum Episcopum Coloniensem*: *Brabantinus* vero prædictum *Bergensem*, *Walramum Juliacum*, *Everhardum Markicum Comites*, item civitatem *Coloniensem*.

Episcopum Leodiensem, &c. aliosque in auxilium sibi vocavit. Cum autem ad arma ventum esset, instructa acie diu utrobique pugnarunt, tandem captus est Comes Geldria & Coloniensis Præsul Sifridus: atque ut sibi prædæ loco detinuit Coloniensem Adolphus Bergensis, ita Geldria Comitem tantisper vincitum duxit Brabantinus, donec remitteret omnem actionem, quam habuit in Ducatum Limburgicum: Cum autem à Coloniensi captivo exigeret sæpe proprietatem ditiunculæ Bensburgica & terræ dictæ den Muspath usque ad Rhenum, & jus domini circa Rhenum usque in Siburg Bergensis, modo vinculis liberari cuperet, tamen maluit ille Præsul per septennium harere in vinculis, quam hoc concedere. Tandem diuturnitatis vinculorum pertæsus concessit petita Comiti, impetrato etiam capituli majoris consensu. Rebus igitur confectis dimittitur Episcopus: Sed ille non spiritualiter, Episcopali more, verum proditorio egit cum Comite. Nam cum armatos quosdam equites subornari ex suis clam curasset, voluit ut isti latitarent Tuwiii, donec ille veniret, & tunc prodirent jussaque facerent: interea Præsul persuaserat Comiti, petieratque ut ipsum deduceret usque ad Rhenum: Utebatur hoc argumento: Postquam omnia sint jam tua mi Comes ab hac parte Rheni; honeste feceris si me tanquam novus Dominus ex arce Bensburgica deducas, donec ad meos redeam. Infelix Comes ita persuasus & nihil mali suspicans deduxit exiguo equitatu Episcopum, & cum eodem pervenit Tuwitium, ubi statim evocantur armati præter expectationem Comitis, qui mox prodeuntes apprehendunt Comitem, & captivum ducunt citra virorum militarium & generosorum morem. Nam præter fidem datam & non solum sub induciis, sed in ipsa concordia transactione & ratificatione, cum nihil hostile suspicaretur Comes, nedum eidem bellum denunciatum esset, proditorie, flagitiose, fraudulenter & perfide, non in campo more militari, bonus Comes capitur ab isto Episcopo, qui non Episcopaliter, sed plus quam Tyrannice, imo Phalarice & Cambyfiano more tractavit captivum Comitem excarnificando, donec tandem periret Bergensis, qui tamen sæpius in tantis tormentis restitutionem omnium eorum, quæ ei Coloniensis concesserat, obtulerat, & supplex veniam petierat, sed frustra. Nam corbi vel cavea ferrea, quæ erat linita melle, nudus includebat Comitem, & ita in media æstate ad solis ardorem sub meridiem cruciandum muscis sæpe tradebat, donec misere periret. Hæc sunt opera Archiepiscopi sancta, talia olim exercuit in Westphalia ejus prædecessor Philippus: simi-

lia, productis in Westphaliam Bohemis, ejus post sequentia temporum successor perfecit *Theodoricus de Morsa*. Atque ita illi reverendissimi Patres declararunt, quomodo sint sancti & misericordes, &c.

Cum Episcopus Coloniensis *Henricus de Birenberg* Episcopus *LIV.* multum daret damni *urbi Coloniensi ex arce Bruell* convocatis Colonienses potentibus cogitarunt de obsidenda ista arce ex consilio amicorum. Ita accidit, ut ope *Joannis Bohemi regis, Comitis Hollandici Wilhelmi*, item *Joannis Comitis de Hennegarwe* *Gerhardi de Gulich Comitis* & *Adolphi Comitis de Berga* &c. cingerent per quatuor menses arce-
lam, Sed elapsis 4. mensibus amicorum interventu res est composita.

Cum *Ludovicus Palatinus* esset Imperator & Romam proficere-
retur, erant illi socii *Wilhelmus Juliacus*, *Theodorus Clivensis* & *Thoma-
rus de Berga* Comites.

Adolphus de Marka Comes primo *Monasteriensis* & postea *Coloniensis* Archipræsul factus, cum non esset initiatus sacris, & tunc vacante *Clivensis Ducatus*, impetravit in feudum à *Cesare* istam ditionem, & resignavit Archiepiscopatu, ductaque in uxorem filia *Comitis vel Ducis de Berga* duos genuit filios *Clivensis* ditionis hæredes.

Sub *Carolo IV. Bohemo* factus est Dux *Wilhelmus, Marevianus* antea creatus ex *Comite de Gulich* sub *Lodovico IV. Palatino*, ut hoc obiter annotem.

Postquam *Juliano Duci Wilhelmo* indiceret bellum *Joannes Brabantinus* ex jussu *Cæsaris Caroli IV.* ut dixit, propter negligentiam in regniis viis defendendis à latrocinio, commissam, & magnam armatarum militum & equitum copiam ex *Gallicis, Hispanicis, Flandris, Leodiensibus, Lotringicis & Brabanticis* populis conduceret; providit etiam sibi *Wilhelmus Juliacus*, & socium sibi adjunxit suum cognatum *Comitem Bergensem* & alios quosdam *Westphalicos Dominos*, qui instructissimi venerunt ad pugnandum pro *Guilielmo Juliano*: vocaverat quoque *Eduardum* affinem *Ducem Geldria* (cujus sororius erat) in auxilium, sed is sponsalibus & nuptiis novæ sponsæ *Hollandicæ* occupatus, tardius venit: cum igitur mora nulla negotium posset, protrahi, & jam in ditione *Juliana* cum suo exercitu fixisset pedem *Brabantinus* in loco *Baeswylre* objecerunt sese illi cum suis *Juliacus Dux & Bergensis*, & diu fortiter pugnarunt anno 1371. pridie *Bartholomæi*, tandem hostium multitudine victi fugere coacti sunt: & sic aufugit statim nulla interjecta mora *Bergensis & cives Durense*: Dum iste ita aufugeret, & in mo-
ru

tu & periculo hæreret *Juliacus*, quia & suos fatigatos ac propediem victos, hostemque jam suam ditionem occupare potenter videret, en præter expectationem ipsius advenit subito eo ipso die cum instructa acie affinis *Eduardus* (qui nuptiis & sponsa relicta in *Hollandia*, celeri cursu ad suos rediens, cito contractis copiis, opem sororio ferre voluit) *Dux Geldria* (erat enim ex *Comite Dux* jam quoque creatus sub *Ludovico III.*) *Adventantibus Geldricis*, qui edebant sermone se *Geldros* esse, resumptis viribus fortiter denuo pugnarunt *Juliaci*, & quia recentes erant ad pugnam *Geldrici*, res ipsis optime cessit. Cum autem populus militesque *Brabantini* ex prioripugna fere fessi & defatigati essent, facile superati sunt: Quare ex *Brabantini exercitu* periere *quadringenti equites*, *expedestribus* autem multa millia desiderata sunt: nam 8. millia virorum dicuntur in isto prælio vitam cum morte commutasse. *Captivorum duo millia* erant: captus est ipse *Brabatinus*, & alii quidam *Comites* vel fugerunt, vel occisi sunt. In die vero *Bartholomæi* cum animi causa post partam victoriam exiret eques *Dux Geldria*, est à quodam *Hermano Zeers* telo perfoffus propterea, quod illum suspectum haberet adulterii commissi cum sua uxore. Ita sponsa *Hollandica* & *vidua* & *virgo* mansit. Hinc in aulico vestitu famulis distributo hæc verba pingi curavit. *Godt sy ydt geklaget/ dat ic bin Wedwe und Maget/ &c.* Cognita tam celebri victoria sui cognati præter spem, se illico *Bergensis* confert ad locum *victoriae*, ut participem se prædæ faceret. Verum ibi est male exceptus & tractatus ab uxore *Wilhelmi Juliaci*, quæ ipsum fugitivum & pusillanimum inculayerat, als das er wäre ein *Eppelmenger/ unde nicht ein stritbar Mann*. Ita reversus domum *Bergensis*, evocatis suis *produxit exercitum in terram Juliacam*, ibique plurimum nocuit subditis, cui se opponere noluit *Wilhelmus*, quia sciebat ignominia à sua uxore præter decorum affectum esse.

WILHELMUS Comes de Berga per *Wenzeslaum Regem Romanum & Bohemiae*, creatus est *Dux* anno 1389. Quo tempore etiam *Comites Morsenses* incendiis damnum dedere *Bergensibus*.

Anno 1397. pugnavit *Dux WILHELMUS de Berga* cum suis ex forore nepotibus *Adolpho & Theodoro Clivensibus Ducibus & Comitibus de Marka*: cum autem primo ei inclinasset victoria, tamen adventu *Wesaliensium* facti sunt animosiores *Clivici*, atque ita straverunt *Bergenses* capto avunculo & multis aliis Heroibus & nobilibus, inter quos erat *Dux Juliacus, Comes de Solme/ & Sein/ Dominus de Hinsberg/ Dominus de Nifferscheidt/ &c.*

Sequenti anno progressus est alter fratrum *Theodoricus in Ducatum Bergensem*, & obsedit *Erverveldam* oppidum, ubi ictus globo per 14 Martii hora secunda pomeridiana.

Anno eodem 1398. die Maji 15. eripuit *Clivensibus* potenter & invasit arcem *Wienburgh*/multis bonis instructam, *Adolphum Ducem Bergensis, Wilhelmi filius*, qui quoque postea in Septembri arcem *Leuvenburg* cepit.

Diximus *Theodoricum Clivensem*, qui erat *Comitatus Markensium* possessor, periisse in oppugnatione oppidi *Erverveldensis*, itaque eandem vindicaturi *Markenses* progressi sunt anno 1399. maxime mense 15 Maji in *ditionem Bergensem*, ibique incendiis & incursionibus vehementer devastarunt pagos, & munitiunculam *Molenheim* vicerunt.

Anno 1400. *Bergenses* astutia quadam & bellico stratagemate vaserunt oppidum *Siborch*/ubi statim oppidani cogebantur dare fructum Duci *Bergensi*, quanquam ex arce & caenobio ignitos in oppidum immitteret globos Abbas, ut fere exire cogerentur hostes.

Eodem anno cum Dominus de *Hensberg* fieret quoque possessio & Dominus in *Leuvenburg*/hostilia eidem denunciavit *Bergenses* qui cum per biennium diu ibi *Hensbergico* damnum & varia incommoda intulissent, tandem multis captivis ex subditis *Hensbergici* abductis descendit is cum *Bergensibus* in aequas condiciones & petit pacem.

Anno 1403. cepit patrem *WILHELMUM de Berga Adolphum filium* & invasit regionem, tradito patre custodiae in *Muvenberg*. Sed eodem anno *Heuricus ab Dey*/consiliarius *Episcopi Coloniensis Frederici de Carmeden*/ & hostis *Adolphi* praedicti, astu quodam liberavit patrem *Wilhelmum*, quem sistebat *Coloniensi Praesuli* in *Sons* oppido, ex quo illum honorifice exceptum deduxit *Coloniam Praesul*. Interim mater *Adolphi, Wilhelmi uxor*, quae erat soror *Ruperti Palatini*, tunc *Carolus* abierat illico *Heidelbergam* ad fratrem Imperatorem & ipsi conquesta erat de petulantia filii. Ita *Adolphus* hanc Imperiali notabatur, sed in terventu cognatorum reconciliabatur postea patri filius, qui obtinuit praeter *Comitatum Ravensburgicum* etiam eam *Ducatus Bergensis* partem, quae à *Wippera* flumine versus hanc regionem sita est.

Nobilis quidam Dominus *Arnoldus de Vest*/ditionis *Bergensis* filia denunciavit civitati *Coloniensi*: (quae ejus filio caput amputaverat) atque cives passim hinc inde proficilcentes cepit, spoliavit & itinerantibus atque *Rheno* navigantibus *Coloniensibus* multum nocuit, ut

nusquam fere tuti essent ipsi. *Senatus igitur facta confederatione cum suo Episcopo Frederico de Sarwedem bellum Bergensi Duci & isti Domino Arnoldo indixere anno 1404. atque isti confederationi se quoque adiunxisse legitur Wilhelmus pater* (quia nondum forsan filius erat reconciliatus patri) *eiusque filius ejusdem nominis Wilhelmus Episcopus Paderbornensis, tum etiam Comes de Neurvenar / quorum insultus fortiter sustinuit Adolphus, ut erat animosus. Nam et si suburbanas domos oppidi Rattingsensis & castrum Domini Arnoldi de Oest & vicinos pagos exurerent, tamen oppidum non ceperunt. Sed occupato Sollingo oppido per dies novem grassando haerunt in ista ditione, & cum oppidum Wippervordum invasisent, sperabant quoque se arcem occupaturos & invaluros, verum illa spes ipsos fefellit, quoniam ex ea in hostes oppidum occupantes tela ignita mittebat quidam peritus artis bombardariae dictus Crommer / ut exusto oppido exire cogerentur hostes.*

Anno 1406. depositis hostibus pacem inierunt dissidentes, & Dominus *Arnoldus de Oest factus est locum tenens nomine Praesulis in Comitatu toto de Arnsberg / quanquam istius Domini Oestii filius postea primum autorem occisi fratris apprehenderet in Molheim / & cum exigeret ab eo ingentem pecuniae summam, quam iste nec voluit nec potuit numerare, est ab illo suspensus. Idem minabatur reliquis Colonienfibus Arnoldi filius.*

In Concilio Constantiensi, tertio die ante Philippi & Jacobi festum, est Adolphus Clivensis inter reliquos haecenus Imperii Comites pene primarius anno 1414. creatus in Ducem per Sigismundum Casarem, ut hoc obiter ascribatur.

Quanquam in priori cum Colonienfibus transactione fides data esset à capitulo Metropolitano, *Adolpho Bergensi Duci de habenda ratione sui fratris, quando moreretur Fredericus jam senex Episcopus Colonienfis, ut iste assumeretur, tamen quidam hujus promissionis obliti elegerunt prioris Frederici ex sorore nepotem Theodorum de Morsa, illaque electio fiebat Bonnae, ubi etiam hic erat Praepositus. Hinc ortae sunt maximae diffensiones inter Morsenses & Bergenses. Theodorus consequitur Papalem consecrationem, & cum illi potissimi maxime faverent, obtinuit quoque facile praecipuorum oppidorum & castrorum possessionem semel impetratam, cui etiam se civitas Colonienfis subjecit: Interim se ei fortiter opposuerunt Bergenses Duces, fratres Adolphus & Wilhelmus, qui erat Paderbornae postulatus, ut vocant: Nam anno 1415. con-*

junctis sibi Clivensibus pugnarunt fratres isti fortiter contra Morfenses
 novique Episcopi milites circa oppidum *Siborch* / quanquam infelici-
 ter. Habuit tunc forte praesidium in *Mosheim* *Dux Bergensis*, cui con-
 trarium & aequae forte opposuit extructum magnis impensis in *Nyle*
Theodoricus Coloniensis, atque ex utroque praesidio armis, excursioni-
 bus, & ictibus bombardicis utrique sibi multum damni dedere. Tunc
 adornabatur quoque navis pugnae habilis dictaque est *Ovelgoke* ex qua
 nondum praesidium in *Mosheim* potuit everti. Imo *Joannes Dux Clivensis*
 & *Bergensis* fratres aliquando etiam in vicinia urbis *Coloniensis*
 cum in portu esset ista navis, invaserunt & spoliarunt eam, quam
 abducere non possent propter cives *Colonienses* adventantes magna
 copia. Interim in isto spolio & invasione perit praesens navis, & alii qui-
 dam graviter vulnerati sunt: contra ex *Bergensibus* etiam occubuit eo-
 dem tempore nobilis quidam ductor militum de stemmate *Nestradan*
 & quinque alii. Postea etiam bellum indixit *Bergensi Duci Senatus Coloniensis*,
 propter factam vim ad ipsorum moenia, quanquam nihil tamen
 adhuc in isto dissidio tentarent. Sequenti anno 1416. Excusserunt *Bergenses*
Tuwitium die veneris post Pascha, ut hoc pacto conatus *Theodoricus*
Episcopi impedirent, qui decreverat ibi contra *Bergensium*, novas
 munitiones extruere: Mox quoque trajecto *Rheno* sex milia equitum
 produxerunt in *Coloniensem* ditionem *Bergenses*, qui circa *Wellen* &
 in vicinis locis, rapinis & incendiis multa vastarunt, quia nemo se eis
 opponere potuit: Imo tanta tunc emicuit *Bergensium* potentia, ut omni-
 bus & ipsi etiam urbi *Coloniensi* esset formidabilis. Verum postea un-
 dique vocatis in auxilium multis Heroibus *Tuwitii* cepit potenter eri-
 gere & munire castellum vel praesidium *Prasul*, unde excursionibus gra-
 vis & molestus erat *Bergica* ditioni, quoniam jam aliquot millia arma-
 torum contraxerat. Et quanquam propter vim circa ipsorum moenia
 commissam minati fuerant *Colonienses* cives *Bergensibus*, tamen in-
 tanto Episcopi & *Bergensis Ducis* dissidio quievere illi, nec ulli se parti-
 dabant. Sapius autem evocati, admoniti & rogati ab Episcopo, sed
 da aure ista neglexerunt & audiverunt. Tandem multis precibus in-
 stitit *Theodoricus Episcopus* apud *Casarem*, ut ille bis terve minacibus li-
 teris ad *Colonienses* moverit, donec & ipsi, quod antea decreverant,
 nunc in effectum producerent, & se manifestos *Bergensium* hostes
 declararent.

Ita Episcopus auctus *Coloniensibus* civibus, castrum *Roitgyn* obse-

dit & expugnavit, atque incendio funditus devastavit: Postea subornati erant tres juvenes à Bergensibus, qui succenderent clam quædam horrea domosque in Coloniensi urbe, quod factum est, ubi tamen quatuor ædificia tantum incendio peribant, reliqua restinguebantur: adulescentes vero incendiarii capiebantur & exurebantur Colonia: Venit autem quidam Cardinalis Coloniæ, qui tentavit dissidentes unire, sed unio nondum placuit Bergensibus.

Postquam autem in electione novi Episcopi *Jacobus de Sombress* Dominus & quidam de *Zummeren*, *Joannes Aventinus*, *Goswinus Quentini* Canonici vocem suam & suffragium ex priori promissione dedissent *Wilhelmo Bergensi*, & in ea sententia perstarent, capti sunt illi ipsi aut saltem posteriores à *Theodorico Morsensi* tunc Episcopo, & *Broyellensibus* vinculis traditi. Tandem venit *Romanus Imperator Coloniæ*, qui conciliavit *Morsensem Theodoricum Præsulem Bergensibus*, qui quidem ea lege susceperunt pacem, si liberarentur captivi Canonici. Cum igitur peteret liberari Canonicos Cæsar, respondit Episcopus, modo adhuc vivi sunt donabuntur pristina libertati, interim clam ille noctu festinanter, priusquam publicus Cæsaris nuncius veniret illos educturus, emissis cæleri tabellario ad suos, præcepit Canonicos captivos cito necari & in terram recondi.

Hæc est illa Episcopalis paternitas &c. Et tunc Cæsaris placatione sunt ita uniti Bergenses Episcopo, ut *Wilhelmus duceret in uxorem sororem Episcopi*, &c.

An. 1417. in Augusto maximum contraxit exercitum *Adolphus Dux Bergensis*, & illum potenter deduxit in viciniam *Ducatus Lucelburgensis*, hoc est, in ditionem dictam de *Bara*, quam uxori suæ & filio *Roperto* deberi ut veris & proximis hæredibus censuit: Verum adversarii ita omnem victum & quæ necessaria erant jumentis & hominibus, eodem in loco & vicinia, abstulerant & recluserant, ut propter vehementem famem & inediam perpeffam nihil præclare gereret ibi, sed domum regredi cogeretur: interim multi cum nihil nisi parum mellis reperissent in itinere, perierant ex suis: Imo postea circa an. 1424. rursus cum instructis copiis profectus erat ad occupandam illam ditionem, verum bonus Dux tunc pugnans incautius dicitur captus esse ab adversa parte.

Prædicto autem anno videlicet 1417. *Bergenses Coloniensibus molas duas* flumine *Rheni* duci & agitari solitas, incendio dejecerunt, deinde naviculas quoque duas vino onustas ad se transtulerunt; Hujus rei autem

rem censuerunt Dominum *Everhardum de Limburg* præcipuum Ducis *Adolphi Bergensis* Consiliarium.

Anno 1418. se suæ urbis declarabat hostem *Theodoricum Episcopum*, postquam nollet Præsuli omnes redditus, vectigalia & alia tributa concedere: Imo *Dux Julia, Geldriaque, atque Episcopus Treverensis* aliique vicini Electores stabant à parte Episcopi: *Bergensis* autem *Dux Adolphus* tum favebat Senatui, atque Principes quidam Saxoniae: Cum igitur *Colonienfes* cives exstruerent ædificarentque præsidium in *Tuwitio*, atque ului peterent a *Duce Adolpho* præstantiorem inter suas *bombardam* vel *tortum*, quò ex propugnaculo isto *Tuwitienfi* & urbem *molasq;* in libertas tuerentur, gratificabatur libenter urbi *Adolphus*: Sæpe autem persuasus & eò pertractus *Dux Julia & Geldria Reinardus*, ut se aperto Marte opponeret *Colonienfibus*, is quidem promittit, id se facturum tum demum, si videat alios Dominos quoque contra urbem suos procedere. Sed cum anno sequenti 1419. consideraret tres electores *Rheni Palatinum, Treverensem & Moguntinum* in expeditione fuisse, ut simul cingerent *Coloniensem* urbem, verum postea ipsos mutasse sententiam, mutavit & ille *Dux Reinaldus* animum, & factus est urbi *Colonienfi* amicus. Antequam hoc fieret, exierunt *Colonienfes* cum *Duce Bergensi*, atque pagum & arcem *Worem* incendio devastarunt: ita quoque occuparunt *Worst & Noetgin* nec eis resistere potuit *Theodoricus Præsul*: Illi interim non exiguum captivorum & jumentorum prædæque numerum reportarunt ex ista devastatione in urbem.

Mortuus est *Reinaldus* vel *Reinhardus Dux Julia & Geldria* an. 1424. sine hæredibus, & factus est possessor *Ducatus Geldriae Arnoldus Egmontii Comes*, verum *Juliensis Ducatus* per nuptias viduæ *Reinaldi* pervenit ad *Bergenses* anno 1426. ut mox latius explicabitur. Et cum esset urbs reconciliata *Episcopo Colonienfi*, est quoque redintegrata amicitia inter *Episcopum Theodorum & Adolphum Ducem Bergensem*, qui in gratiam etiam *Episcopi* conjunxit se cum multis aliis Heroibus exercitui *Gerhardi de Marka, Ducis Clivensis*, pugnantis contra *Adolphum fratrem*. Quod factum est anno 1425. deinde firmata est illa amicitia inter eosdem *Episcopum & Adolphum*, eaque imprimis aucta per ipsos: *falia*, quæ sua arte & industria promovit *Episcopus*, ut vidua *Reinaldi Ducis Juliensis* nuberet *Roberto filio Adolphi* anno 1426. itaque ea ratione fieret hæres terræ *Juliacæ*. Nuptiæ inter eos *Coloniae* solemniter celebratæ sunt, & copulatus est viduæ *Robertus* per *Episcopi* bene-

tionem. Et quamquam Geldria quoque heres esset non solum propter nuptias viduæ, sed propter consanguinitatem, quam cum Reinoldo habuit, tum quod feudum ejus terræ & ditionis jam à Cæsare impetrasset Robertus, tamen ei opponitur opera Clivensis Ducis & de Procerum civitatumque Geldriensis Ducatus consilio Egmontanus Comes, quem omnes Ducem salutant Geldriæ, itaque etiam isti in uxorem dedit filiam Dux Clivensis. Hinc orta sunt gravissima bella inter Bergenses & Geldrienses. Inter hujusmodi bellicos tumultus, cum per triennium gubernasset & occupasset Juliacensem terram ut Dux, Robertus natus Dux Bergensis, Adolphi filius, moritur sine hæredibus anno 1429. Unde est, quod retinere Adolphus pater & in posterum Duces de Berga ab eo tempore & titulum & ditionem Juliacensem, in qua tamen tunc partem habuit Joannes Dominus de Hensberg, qui cum aliis Nobilibus anno 1433. magis declinabat ad partes Geldriensium, & hoc efficiebat, ut se Geldrienses publicos facerent & declararent hostes Bergensium Ducum atque urbis Colonienfis: Itaque varia damna & mala ab utraque parte sunt ditionibus istis illata. Durarunt autem inimicitia istæ per quadriennium. Nam aperto etiam Marte produxit aciem contra Bergensem Ducem Adolphum Arnoldus Egmontanus Dux Geldria, cui se opposuit Adolphus Bergensis. Nam cum non satis fideret Juliacensibus equitibus & Nobilibus, petiit opem à Senatu Colonienfi, qui Adolpho in auxilium miserunt duo millia equitum satis armatorum: Cum autem Egmontanus cognosceret tanto numero advenisse Colonienfes, clam aufugerunt Geldrienses, nec se audebant committere pugna: Ita acceptum tulit Adolphus Colonienfi Senatu Dominium Ducatus Juliacensis: quod tunc potenter invasit, occupavit & præsidio communivit, & ab eo tempore retinuit. Tametsi postea nunquam per integrum etiam triennium cessarent Geldrienses quidem nocere Juliacensibus & Bergensibus, attamen nihil solidi effecerunt: tandem anno 1436. induciæ factæ sunt inter Geldrienses & qui eis oppositi erant Bergenses & Colonienfes per quadriennium.

Mortuus est anno 1439. Joannes de Loett, Dominus de Hensberg, qui paulo ante mortem fieri & creari curavit alterum filium in Comitem, alterum Episcopum Leodiensem, postquam jam ante in fata concessisset Adolphus Dux Julia & de Berga senex anno 1438. in Martio, Colonia in Abbazia Martiniana sepultus: qui propter frequentia bella multum æris alieni sibi contraxerat, multisque arces & dominia oppignoraverat.

rat. Vocatur in *successorem* & hæredem ex fratre *Wilhelmo* nepos *Adolpho* qui discessit sine legitimis filiis, GERHARDUS ex Comitatu *Ravensburgico*, cui fidem dant Proceres, Nobiles & Rectores urbium in utroque Ducatu *Juliacensi* & *Bergensi*, ea tamen lege, ut per quadriennium hæreret anguste in Comitatu *Ravensburgico* & se ex istius Comitatus redditibus sobrie veluti ipse fecerat pater *Wilhelmus*, (cujus sepulchrum etiam hodie *Bileveldia* conspicitur) sustentaret, donec redimerentur eximerenturque usuris arces, dominia, pagi, vectigalia & tributa in utroque Ducatu aliis oppignorata. Hanc conditionem suscepit *Gerhardus*, & postea quadriennio elapso ad liberas & opulentas vias regressus est.

Anno 1443. *Theodoricus Archipræsul* opem imploravit Ducis *comitatus Saxonie* & *Episcopi Leodiensis*, atque *Gerhardi Ducis Juliaci & Bergensis contra Clivensem Ducem*, quia istorum ope & præsentia obsessum ditum *Clivensem* dictum *Broich* / illudque expugnatum dedit *Bergensi Duci Gerharo*.

Anno 1444. instructis duobus millibus & ducentis equitibus selectis hinc inde *Arnoldus de Egmond* / Dux *Geldriae*, cum fratre tunc possessore Comitatus *Egmontani*, progreditur in terram & ditionem *Juliacensem*, in qua tunc devastarunt & incenderunt XVII. pagos. Interim dum isti ita hærerent in ditione *Juliaca*, cito contractis equitibus & militibus ex utroque Ducatu & urbibus suis ad numerum 800. *Gerhardus Bergensis & Juliacensis Dux* se opponere statuit potentioribus hostibus: Ipse igitur primo satis animose aggressus est hostes jam regredientes, ut sua animositate reliquis adderet animum, sed aufugit *Geldriensium Dux* primo, & ex posterioribus hostium, qui tam subito fugere non potuerunt, sunt cæsi triginta, contractis curribus militaribus eorundem: captus autem est tunc frater Ducis *Geldrici Comes Egmontanus* (qui volebat se præstare virum) cum Nobili Domino *Joanne de Broichhusen* atque simul 64. equites.

Postea aliquoties noctu regressi quidem sunt *Geldrici* in ditionem *Juliacam*, & tuguria villasque flammis consecrarunt, verum ab eorum tempore aperto Marte nihil audebant amplius.

Anno 1454. Iniit rationem *Theodoricus de Morfa*, *Episcopus Coloniensis cum Gerharo Juliaco & Bergensi Duce*, quod si contigeret illum mori sine legitimis hæredibus (quia tunc nondum habuit hæredes ut accepta summa pecuniæ certa faceret *Bergensis Ducatus* possessorem ipsum

ipsum & suam Ecclesiam. Accepit autem pecuniam Gerhardus & partem ditionis dictæ *Blanckenberg*/ oppignoravit Episcopo ea lege, si contingerent sibi hæredes, ut istis potestas relinqueretur redimendi *Blanckenburgicam* Prefecturam, si minus, ut tunc ea perpetuo pareret *Colonienti*.

Cum anno 1465. ex quodam conventu (forfan *Hansæ*) *Hamburgico* redirent *Senatores* *Colonienfes* cum ministris ad sedecim numero, en illos stravit & apprehendit in ditione *Monasteriensi* *Comes* *Tecklenburgicus*, eosque vinculis uno saltem occiso in primo impetu in eos facto, tradidit, hoc pratendens rationis, quod à *Capitularibus* *Coloniensibus* debitum sex mille aureorum exigeret. Perductus precibus capituli, scripsit *Dux Bergensis* ad suum cognatum *Tecklenburgicum*, atque inter eos constituit se mediatorem, evocato ad pacificam transactionem *Tecklenburgico* *Comite*, qui repudiata transactione tali respondit, se non dimissurum captivos, nisi pecunia solveretur, & deinde *Senatus* suo & *Hansæ* nomine fidem daret de nulla tentanda, ob hujusmodi violentiam, ultione in ipsum.

Anno 1475. Postquam *Novesium* obsedisset *Dux Burgundia* favebat ei *Juliacensis* & *Bergensis* *Dux* *Wilhelmus* & multum annonæ ac obsonii ex suis ditionibus ei adduci curavit: Interim ante biennium *Dux Julia* & *Berga* *Wilhelmus* cum fratre *Adolpho* obsederat & expugnaverat per duos menses arcem *Thoenberg*/ ex qua primo tormentis & ictibus bombardicis multum damni obsidentibus dederat *Fredericus Dominus de Sombress*/ sed postea cum desperaret, clam noctu per exercitum aufugerat & evaserat.

Anno Domini 1473. mortua est *Sophia Ducissa Juliacensis* & *Bergensis*, mater *Wilhelmi* & *Adolphi*, quæ diu nomine mariti *Gerhardi* valetudinarii & decumbentis gubernaverat provinciam Ducatus utriusque, & post illam mortuus est statim *Adolphus* filius.

Anno Domini 1479. mortua est *Guilielmi Juliacensis* & *Bergensis* *Ducis* uxor, quæ fuit *Comitissa de Hensberg*/ nulla relicta prole.

Eodem anno quandam munitionem erexerat *Senatus Colonensis*, quam *Episcopus Colonensis* *Hermannus Hassicus* & *Dux Julia Bergaque* violenter spectantibus civibus curarunt destrui. Cum vero id cives impedire conarentur, clausis portis à *Senatu* prohibiti sunt.

Anno 1481. duxit in uxorem *Sybillam* *Marchionis Brandenburgici* *Alberti Electoris* filiam *Guilielmus Julia* & *Berga* *Dux* ac *Comes in Ravens*

veusberg/ atque nuptia sunt Colonia celebratae solemniter dominica post
nativitatem Joannis, quibus interfuere *Electores Treverensis Colonien-
que, item Archidux Austria, frater Alberti Marchionis, item Margravinus
de Baden* alique innumeri Comites ac Domini, &c. quo etiam anno
mortuus est *Joannes Dux Clivia, qui gravis fuerat Geldriensi Ducatu, &
Coloniensi ditioni.*

Anno 1482. inierunt rationem concordiae de nova cudenda moneta
*Treverensis & Colonienfis Episcopi, ac Dux Julia & Berga atque civitas Se-
natusque Colonienfis.*

Anno 1486. à *Frederico Caesare* impetravit Coloniae in *ducatu
Ducatus Clivenfis, Comitatus Marke & Genep / atque urbis Sasatunsi* D.
HANNES Junior Dux Clivia, quem puto avum hujus moderni Ducis
Dn. WILHELMI fuisse.

Anno 1488. Cum multi milites ex superiori Germania descende-
rent navigio Rheni (qui dicebant se sequi Ducem Saxoniae e jusque
evocationem) & figerent sedes in *Molsheim & Tuwilio,* convocatis *luis
Episcopus Colonienfis & Dux Bergensis* illos ex sua ditione pellere decre-
verunt. His cognitis abierunt milites peregrini.

Anno 1491. fuit maxima frugum & annonae caritas in Ducatu Ber-
genfi & tota Westphalia, &c.

Anno 1498. invasit & bellicose occupavit *Dux Julia & Berga ur-
bem Ercfelens;* quanquam cives non spoliarentur: Adeo benigne cum
ipsis actum est, ut tantum *5. millia aureorum* numerarent Duci, & ipsum
in posterum haereditarium tutorem urbis agnoscerent.

Eodem anno cum per indicia & ex literis quorundam *Bergensi
Dux* cognosceret, quomodo ipsum quidam *Galli & imprimis Lotaringi-
gicus Dux* opprimere decrevisset, se preparatis ad pugnam omnibus
collectisque suis adversario fortiter objicere voluit: huic tunc in sub-
sidium selectissimos & strenuos pedites numero 200. misit *Coloniensis
Senatus,* qui erant unius vestitus, ut pro *Bergensi* pugnarent.

Anno eodem in Novembri nomine Romanorum regis obsede-
runt urbem *Stralen Dux Albertus Saxoniae, & Wilhelmus Julia & Berga
Dux,* & cum ictibus bombardicis tormentisque valde civitatem afflixer-
sent, consecuti sunt tandem gratiam & clementiam incolae, ut salvis
bonis & corporibus imperata se facere promitterent. Cum illo ipso
anno *Geldrienses* invasisent castrum *Echte* potenter, mox venerunt *Je-
liacenses & pagum* incenderunt.

Quando eodem anno solemniter urbem Coloniensem ingrederetur *Hermannus Hassicus Colonienfis Præsul* de more veteri, ut fidem exigeret à Colonienfibus, & rursus ipse urbi præstaret, erant in Comitatu *Hermanni Dux Julia & Berga Wilhelmus, & Dux Clivia, &c.*

Anno 1499. conjunctis copiis & facta confœderatione pugnarunt saepe & graviter *Wilhelmus Dux Julia & Berga, atque Joannes Dux Clivia contra Geldriensis*: tandem per Francorum regis legatos, pacis conditiones tractatæ & inventæ sunt, cum postea in ditionem Trajectensem milites duceret *Dux Cliviæ* propter debitum aureorum 6000. quod ipsis mutuo dederat, cum suus frater gubernatorem egerat in ista ditione.

Ex *D. Ertwini Ertmanni, Consulis Osnaburgensis, Chronico* pauca excerpta.

WILHELMUS, Dux de Monte, filius Wilhelmi Ducis de Monte, & frater Adolphi bellicosi, cum occuparet Comitatum Ravensburgicum, à Theodorico de Horne Episcopo Osnaburgensi tum senio confecto eligitur in defensorem, qui Præsulis patrocinium suscepit, & probe defendit, anno Domini 1401. cum mox anno sequenti moreretur Theodoricus Episcopus, &c. (Ego opinor patrem Wilhelmum fuisse.)

Idem Wilhelmus anno 1407. eligitur in Paderbornensem Pontificem, qui statim Hornam oppidum obsedit, & anno sequenti quingentos milites & aliquot equites produxit in ditionem Lippiensem usque ad urbem Lemgoviensem.

Idem vicit in loco Delbruge Fredericum Archiepiscopum Coloniensem & Adolphum Cliviæ Ducem, Comitemque de Marka, producentes magnum exercitum in suam ditionem, interim Wilhelmus ille trecentos ac sexaginta ex hostibus cepit. Postea cum ille Wilhelmus non possit aspirare ad Ecclesiam Coloniensem aliquando sibi promissam, atque deinde fraude quoque privaretur Ecclesia Paderbornensi, quam ratione officii voluit seriò reformare, præsertim in cœnobio Abdinckhave/ inuit tandem fœdus amicitiae cum Theodorico Episcopo novo Colonienfi, & ejus ex sorore nepte ducta in uxorem, Alheyda, filia Nicolai Tecklenburgici, obtinuit & possedit Comitatum Ravensburgicum, cum frater Adolphus Ducatum Bergensem possideret. Genuit autem WILHELMUS ex prædicta Domina Alheyda filium GERHARDUM, ad quem etiam Ducatus Montis ac Julia, mortuo Adolpho patre & ipsius filio Roberto, pervenit jure

hæreditario. Hic vero GERHARDUS duxit uxorem *Sophiam* filiam Ducis Lunenburgensis & Saxonie, quæ ex illo peperit duos filios WILHELMUM & *Gerhardum*: Gerhardus moriebatur in sanguinis fluxu: WILHELMUS hæres mansit utriusque Ducatus & Ravensburgici Comitatus, qui ducta uxore *Comitis de Nassau / Hensberg & Deist* / accepit in dotem *Hensberg & Deist* / sed ex ea nullos liberos genuit: Mortua igitur illa secundas celebravit nuptias cum filia *Alberti Marchionis Brandenburgici, Burgravii Nurembergensis, &c.* Hæc *Erwinus*. Ex ea autem (ut hoc obiter annotemus) genuit *Wilhelmus* filiam *Mariam* Munsteri, quæ facta est hæres utriusque Ducatus & Comitatus Ravensburgici, atque deinde elocata *Duci Clivia & Comiti de Marka Johanni* peperit ex eodem filium *Guilielmum*, jam superstitem *Ducem Julia, Clivia & de Berga, Comitem de Marka ac Ravensberg / Dominum de Rabenstein, &c.* atque aliquot filias, inter quas erat *Sybilla*, uxor castissima optima puellique sanctissimi *Saxonie Electoris Joannis Frederici*: WILHELMUS, moderno Principi Ducique *Julia, Clivia ac Bergæ*, nupsit *Maria*, filia *Dn. Ferdinandi Cesaris* anno 1546. eaque ex illo jam hoc anno 1567. duos filios hæredes *CAROLUM FREDERICUM, & JOANNEM WILHELMUM* cum aliquot filiabus peperit, atque hodie cum optimo Principe adhuc superest.

Ex *Gobelini* Decani *Bileveldensis* *Cosmodromio*
pauca descripta.

Electus & admissus est ad *Paderbornensem* Ecclesiam *Rupertus*, primogenitus *Wilhelmi Ducis de Monte* 8. Idus Aprilis anno 1390. (cum ei *Paderbornenses* in urbe fidem darent) imberbis quidem juvenis, sed supra caniciem senum ingeniosus, discretus, justus, magnanimus, Deum timens, & in pauperes maxime liberalis, & tam virtuosus ac strenuus, ut in brevi ejus fama sit evulgata, & horror propter ipsius personam reverentiam & heroicam animositatem hostes & devastatores Ecclesie *Paderbornensis* invaserit. Hic hostibus arcem *Borstenborg* eripuit. Devictis omnibus suis hostibus, aliquot tractatus cum vicinis Principibus, Episcopis & nobilibus peregit, atque conventus celebravit de colenda pace in *Westphalia*. Postea cum *Fredericus de Patberg* fœdus fide data, esset captivitate liberatus, & ut fidi frigus mox promissum non servaret, sed denuo se *Ruperto* opponeret, denunciatis ei hostibus,

bus, compulsus est Rupertus Præsul arma iterum sumere. Vocavit ergo in auxilium vicinos Heroes, & illorum opera cinxit *arcem Patberg* oppidum in vasit, & tandem occupatores castri eò ad egit, ut fuga salutis suæ consulere, relicto solo *Frederico*. Interim dum hoc fit in castris, peste tollitur è medio Rupertus non sine jactura ditionis Paderbornensis. De illo sunt hi *versus Gobelini*:

Plangite *Rupertum* varia virtute refertum,
Montis magnificum *Bavariæ* que Ducum.

(id est, mater fuit ex Ducibus *Bavariæ* orta)

Germen amorosum detestans omne dolosum,
Gloria *Westphalicæ* qui fuit Ecclesiæ.
Virtutum cultor, vitiorum strenuus ultor,
Hic iudex æquus militiæque decus.
Quo pax juratur, quo patria tota beatur,
Ipse triumphator foederis atque fator.
Sensibus antiquis senior, metuendus iniquis, &c.

Mox uno interveniente *Joanne de Hoya*, qui statim translatus est ad *Hildesimensem* Ecclesiam, eligitur frater *Ruperri Wilhelmi*, &c.

Cum fœdus iniissent & conspirassent *Paderbornenses, Warburgenses & Boretrikenses, Brakelenses*que cives cum Capitularibus quibusdam atque *Comite de Lippia Bernharde*, compatre Episcopi, contra *Episcopum Wilhelum*, produxit contra illos mille trecentos milites, quibus leviora oppida facile subegit: tandem mediante *Duce Bernharde Brunsvicensi*, in oppido *Luida* est pax constituta, ubi civitatum quarundam rectores pro injuria ista gravi, quod suo Domino inobedientes fuissent, promittebant certam pecuniæ summam se daturos *D. Wilhelmo*, & deinceps fore se morigeros: Sed pecuniam postea solvere recusarunt, postquam se istis conjunxerat *Bernhardus Lippiacus*, qui tum cum ipsis conjunctus, denunciatis hostilibus *Wilhelmo*, aperto Marte contra eundem pugnabat: ita accidit, ut simul præter datam fidem invaderent *territorium* suum Dominum, quanquam ille se ad æquas condiciones reserasset, ut fuit æquus & pius.

Hactenus Gobelinus.

Histo-

Historia ac acta quædam Ducatus Bergensis & Ducum ibidem, adjecta una aut altera narratione de Juliaticis, quæ ibidem obvia fuit, ex Tritemii Abbatis Chronico congesta.

Heribertus, Episcopus Coloniensis, extruxit apud *Twintenses Monasterium Benedictini ordinis*: fuit etiam tempore *Henrici II.* in pretio *Ducatus Bergi, Salaveldæ, Keiserswerdum*, & finitimi loci, dicunturque isti *Insula S. Svitberti*, deditque istam *Insulam Exeltro, Comiti Palatino*, suo affini Imperator.

Anno 1215. *Adolphus, Comes de Monte*, castrum *Werden* obliuiscens cepit, & *Ottonem Episcopum Monasteriensem* ibidem ab Imperatore *Ottone quarto*, qui eum *Coloniæ* captum *Werdenam* miserat, vinculis mancipatum, potenti manu liberavit in vigilia *S. Jacobi*.

Engelbertus Montanus Comes (quem jam diximus *Comitem de Monte* fuisse, quod etiam cum *Chronico Coloniensi*, testatur *Krantius in Metropoli & Ertwinus Consul Osnaburgensis in suo Chronico*) *Episcopus Coloniensis*, antea ibidem summi templi *Præpositus* (quem ipse etiam *Tritemius* in præcedentibus foliis vocavit *filium Comitis de Monte*) vir optimus, & pauperum amator defensorque, bene per annos decem præfuit: hunc *Fredericus Comes de Isenberg* occidit, verum *Episcopum* dicit *Tritemius* patrum istius *Frederici* occisoris sui fuisse, & ita misere à fratris filio hoc est, suo nepote occisum, & postea in majori *Ecclesia* esse sepultum, qui *Heros* suo tempore pius & sanctus fuerat, & etiam post mortem miraculis claruerat, quæ tamen *rotato Comite Frederico cessauerant*, &c. Sed forsitan fuit *Isenbergicus Comitatus*, pars *Ducatus Bergensis*: verum de incertis nihil dicendum: ego ut hæc reperio *scribo*, nihil addens, nihilque detrahens, imo *Tritemius* sibi non constat quia antea dixerat, *Episcopi consanguineum* fuisse illum *Fredericum*, his vero dicit nepotem fuisse. Sic *Gobelinus imprudenter scripserat* illum fuisse *Comitem de Altena*. Nos scimus ex potioribus historiis, istum occisorem *Isenbergicum fuisse Comitem, Episcopum vero fuisse genere Montanum Dominum*.

Inter *Theodoricum de Valskenberg Episcopum Coloniensem & Comitem Juliacensem*. magna fuit discordia, quæ usque ad arma succrevit. Ad bellum itaque partem *Episcopii* procedentes, *Archiepiscopus auxilium Henrici Trajectensis Episcopi* & *Hollandinorum fretus, Juliacensis superavit*, multis occisis.

Quando crux predicaretur, ut pro terra sancta pugnarent fideles, quoque pro amore Christi & liberatione terræ sanctæ, prædicante crucem Joanne Scholastico Xantensi Aquisgrani, susceperunt cum Cæsare Frederico II. Sifrido Moguntino Episcopo & multis aliis Episcopis, atque cum Duce Brabantia Henrico, Comite Palatino de Tubingen/ Marchione de Baden/ aliisque Ducibus & Principibus, Comes de Gulich/ Comes de Monte & Seine/ de Los/ &c. signationem talem.

Anno 1277. in die S. Heriberti Episcopi Wilhelmus Comes Juliacensis cum tribus filiis & 468. nobilibus militibus & armatis Aquisgrani de sero circa nonam horam intravit, volens civitatem capere ac suo dominio subjugare. Quo cognito, cives ad arma concurrentes ipsum cum omnibus suis in medio fori, bello congressi, occiderunt, ita ut ne unus evaderet, pro cujus facti expiatione graviter postea mulctati sunt. Nam ab eo tempore tertiam partem oblationum in Ecclesia Maria virginis ex devotione peregrinorum vel undecunque cedentium Comitibus de Juliaca dare perpetuo coacti sunt. Institutionem quoque Praepositi Aquensis Ecclesie Comites Juliacenses, qui modo sunt Duces, ex illo tempore acceperunt usque in hodiernum diem. WILHELMO autem Comite Juliacensi mortuo, SIPHRIDUS Colonienfis Episcopus dudum inimicus terram illius destitutam Principe, armata manu ingreditur, omnia ferro & igne demolitur, oppida capit, obtinet munitiones, totumque in suam potestatem redigit Comitatum: contra quem Dux Brabantia auxilio consanguineorum & amicorum Comitis occisi exercitum duxit, sed parum profecit. Tandem Martino Papa IV. vices suas interponente concordia facta est, & Archiepiscopus omnia, quæ abstulerat dominia, oppida, castra, & villas restituit.

Retuli antea ex Chronico Colonienfi, quomodo de Limburgensi Ducatu certaverit contra Geldria Comitem Brabantinus Dux, de qua etiam pugna refert Tritenhemius, quomodo non solum Walramus Juliacus, sed etiam frater ejus Gerhardus, atque Comites de Windeck & de Los astiterint Brabantino cum iis, de quibus diximus: Geldricum autem juvabant, ut scribit præter Episcopum Coloniensem, Comes Luzelburgensis ejusque frater Walramus, Joannes Dominus de Limpurg/ Henricus Comes de Westerborg & Comes de Dalemborg/ &c.

Atque erant in ista pugna, quæ facta est circa villam Woring in diocesi Colonienfi, anno 1288. centena hominum millia: ubi cecidit Comes Luzelburgicus Henricus cum fratre Walramo, victor autem factus Brabantianus.

bantinus, qui captivum tenuit Geldriensem: Montensis tunc Comes. Adolphus cepit Episcopum Coloniensem, & per septennium detinuit, donec se castris, pecuniis & proventibus eximeret redimeretque Praesul. Illo captivo, Walramus Juliacus per terras Episcopi Coloniensis ferro & igne debacchatur, multa damnorum incommoda incolis inferens: castrum Ecclesiae fortissimum Zulphe inter alia cepit ac funditus destruxit. Idem fecit per ditionem ejusdem Episcopi in Westphalia Everhardus de Marka, qui multas munitiones, castra & oppida sibi subjugavit.

Anno 1295. Siphridus Archiepiscopus Coloniensis multo pretio a manu Comitis Montensis liberatur post septennium. Non diu postea Archiepiscopus arte & industria usus, contra juramentum transgressus, ipsum Comitem nihil tale metuentem cepit & duro carceri usque ad mortem mancipavit. Captus autem Comes & in maxima afflictione detentus omnia redditurum se Episcopo, quae ab eo extorserat, majoraque pro sua liberatione additurum liberaliter ac sponte pollicitus est: sed à Pontifice non fuit exauditus, quin potius improperanter tale responsum ab illo recepit. Habet Petrus, quo sine tuis rebus promissis, suos enutriat famulos, ideoque me vivente non dimittetis, sed mortem in carcere subibis, discesque quomodo Episcopum debeas detinere captivum: & ita Comes in custodia moritur, &c. Hæc adduxi ad majorem fidem confirmandam de rebus gestis, utque perspicua magis fieret Archiepiscoporum pietas in Principes viros.

Diximus ex Chronico Coloniensi, quomodo civitas Coloniensis a Bohemici regis, & Gerhardi Juliaci atque Adolphi Bergensis nec non Hollandiae Comitis, &c. pugnaverit contra Episcopum suum Henricum &c. id factum esse jussu Ludovici Imperatoris scribit Tritemius, quia pacem & pacta Regis Episcopus violaverat, & Frederico Austriae Duci adhæserat &c. sed ibi alia etiam est causa addita.

Walramus Gerhardi Juliacensis filius, Praepositus Leodiensis & Thesaurarius Coloniensis, fit Archiepiscopus & praesuit annis sedecim vir in utroque jure doctissimus, strenuus atque pacificus, qui Ecclesiam sibi commissam satis strenue, pacifice, utiliterque in suo statu recte, multaque aedificia suo tempore erexit, tum quoque Monasterium Carthusiensium in Colonia de novo construxit, quod pro necessaria fratrum sustentatione honeste abundeque dotavit.

Tritemius scribit, per Ludovicum Imperatorem de consensu Principum illo tempore, quando Geldria Comes Reinaldus fieret Dux, in sole-

in conventu Francofortiensi anno 1339. celebrato, creatum Marchionem *Wilhelmum Comitem Juliacensem*, quem ait dignum tali honore fuisse, quippe qui multa strenue gesserat consilio simul & operatione: Mox anno 1356. in conventu Imperii *Metensi* sic satis solemniter à *Carolo IV.* Cæsare, accedente consensu & suffragio Principum unanimi, in Ducatum est sublimatus, & cum ingenti pompa commutatus Marchionatus *Wilhelmi Juliacensis*.

Anno 1361. *Gerhardus Comes Montensis* & *Arnoldus Comes de Blancheheim*, inveterato ad invicem laborantes odio, se mutuo inter fecerunt in civitate *Coloniensi*, acutis lanceis hastiludium agentes, alter ab altero confixus, quo anno *Dux primus Juliacensis Wilhelmus*, vir bellicosus & magnanimus moritur.

Retulimus alibi de *Adolpho Markensi Comite*, quomodo non initiatus per quinquennium *Monasteriensem* Episcopatum, deinde per menses decem *Coloniensem* rexerit, & deinde *Clivensem* Comitatum impetraverit à Cæsare: idem dicit *Tritemius*, & asserit ipsum ducta *Comitis Montensis* sorore factum *Clivensem* Comitem, cum etiam ipse esset jam *Comes Markensis*, & hinc esse, quod longo tempore semper usque in hodiernum diem isti duo Comitatus conjuncti permanent, scribit *Tritemius*: Quanquam mox *Clivensis* Comitatus in Ducatum gloriose sublimatus sit.

Anno 1370. ortum est bellum magnum inter *Wencellaum Brabantia & Lutzelburgici Ducem*, fratrem *Cæsaris Caroli IV. Bohemi*, & *Wilhelmum Ducem Juliacensem*, & pugna est in *Bacswiler* facta in vigilia *Bartholomæi*, & cæsis ab utraque parte plus quam octo millibus, *Dux Juliacensis* victor extitit, *Wencellaum* captivum abduxit cum multis nobilibus, quem tandem metu Imperatoris sine exactione liberum post menses undecim dimisit. Ab aliis vero pecuniam infinitam pro eorum liberatione extorsit, &c. De hoc bello antea diximus ex *Chronico Coloniensi*, quæ omnia si conferantur cum his, magis perspicua fiet historia.

Sequitur brevis annotatio de BERGENSIBUS & JULIACENSIBUS DUCIBUS ex *Exegeseos Germania* editæ anno 1518. libro tertio *Francisci Irenici* desumpta.

Capite 80. libri 3. *Exegeseos Germania Irenicus* ait: quod cum *REINOLDUS & EDUARDUS* Duces *Geldrie* sine virili semine excederent, pervenerit ad *WILHELMUM* de *Gulich* sororium Ducatus ille favente *Carolo IV.* Cum autem *Wilhelmi* istius filii *REINOLDUS* ac

EDUARDUS quoque carerent hæredibus, venerunt Ducatus isti ad Bergenses, quanquam Arnoldum Egmontanum ductu Sigismundi Imperatoris anno 1426. eligerent Geldrici, tamen postea Imperator de consilio Principum Imperii vellet eripere Egmontano Ducatum, & ad Bergenses transferre, tamen regio Geldrica defendit illum. Bergenses vero Duces facti sunt Julia quoque possessores. Idem cap. 83. ibidem, Ducatus Julia olim opera Sigifridi Colonienſis Episcopi, equites aurati consecrati sunt ob immensam virtutem bellicam, Aquensibus præstitam. Olim Comites fuisse feruntur, Lodovicus Caesar eos in Marchiones sublimavit, mox in Duces evaserunt. Primus Dux WILHELMUS nominatus, qui simul Geldria & Julia Ducatibus præfuit: unde ut dixi, ad Comitatus Bergenses Ducatus ille pervenit, penes quos mansit usque ad nostra secula. WILHELMUS Juliacensium Dux nunc unicum filium conjugavit Joanni, Joannis Ducis Clivensis unico filio, & ita tres Ducatus conjunguntur, Bergensem videlicet & Juliacensem, qui prius erant copulati, & modo Clevensem.

Idem capite 84. Bergenses olim in Comitatus abivere, exuto inde Henrico Superbo Bavarie ac Saxonie Ducatibus. FREDERICUS I. in Bergensem Comitatum Engelbertum eorum Præfectum ac Comitem Bergensem multis prædiis dotatum dimisit. (Sed hoc non est verisimile, ut supra monstravi) Horum Comitatum Carolus IV. in Marchionatum anno 1356. evexit. Primus autem Dux WILHELMUS, SECUNDUS ARNOLDUS, à Wenceslao Casare sunt constituti, &c.

Postea recenset ille autor una tabula tanquam ab una origine Geldros, Juliacenses & Bergenses Duces in Genealogia.

Lectori.

Hæc ego simpliciter collegi pro mea tenuitate, & oro doctiores, ut isti meliora dent, & nostra boni consulant. Ego prodesse non nocere volui. Do autem quod possum, speroque hunc meum affectum fore gratum Illustriss. & optimo Principi Juliacensi & Bergensi, quem ego filio Dei commendo meis precibus. Amen.

Autores unde hæc Historia desumpta est sine nostra additione, sunt hi:

Krantii Historiæ, Munsteri Cosmographia, Chronicon Coloniense, Chronicon Osnaburgense, Gobelini Cosmodromion, Chronicon Tritheimii, Exegetis Germania Francisci Irenici.

FINIS.

ILLUSTRIUM & GENEROSORUM
WESTPHALIÆ COMITUM

DE

MARKA

&

Ravensberg / &c.

Res Gestæ, Historiæ ac Acta quædam, congesta & descripta ex diversis Chronicis, in gratiam & ad honorem

ILLUSTRISSIMI & LECTISSIMI PRINCIPIS
ac DOMINI,

Domini WILHELMI,

Ducis JULIÆ, CLIVIÆ & BERGENSIS Clarissimi, Comitisque Inclyti de MARKA & Ravensberg/ ac Domini in Rabensteyn/ &c.

Jam Provincia Westphalica Gubernatoris optimi, & patria patris longe colendissimi, &c.

per



HERMANNUM HAMELMANNUM,

Licentiatum Theologum.

ANNO DOMINI 1564.

Lectori S.

SI hic Illustrium & Inclytorum COMITUM de MARKA
& Ravensborg Historias ac acta quaedam praterire, id
sciat Lector à me ignorantia quadam fieri. Quae enim ego
investigando observare & cognoscere potui, huc retuli, &
quidem non aliter, quam illa scripta inveni. Si hic quem for-
te offendi, id mihi ignoscat, & qui plura de istis & similibus
Comitibus Westphaliae eorumque rebus praclare gestis ha-
buerit, vel Chronica alibi manuscripta adhuc reperiat, edat
ista, & in honorem patriae Westphalicae in lucem protrudat,
quod peto & nulli suum laborem invideo. Ego aliorum judi-
cio & correctioni me libenter subijcio, & nullum ledere, sed
multis gratificari cupio, & studeo his & similibus scriptis,
quae ad Westphaliae ejusque Dominorum amplitudinem &
honorem pertinent, evulgandis prodesse nostratibus. Nam
alioqui nunquam vel chartulam publicam facere vellem, si
illa in cujusquam contumeliam cederet.



*Celebri Nobilitate, doctrina, sapientia, gravitate, morum
elegantia, ac vera pietate excelsissimo & humanissimo viro*

Domino **GEORGIO à Boenen** / Satrapæ in Præfe-
ctura & præcipua arce amplissimi Comitatus Markæ, diæ a
Wetter/ tum Coquinæ & domus Refectoriæ vel Triclinii Præfecto
industrio in Aula cordatissimi & Illustrissimi Ducis Juliæ,
Cliviæ, & Bergensis, D. **GUILIELMI**, &c.

Suo Domino & Macenati unice colendo,

Nec non

*Eximio Seni, prudentia, industria, rerum usu, humanitate
& dignitate Præstanti viro,*

Domino **HERMANNO CATHEMANNO**,
Claro Quæstori splendidissimi Principis, Dn. **GUILIELMI**,
Ducis Juliæ Cliviæque, &c. In Arce & præfectura primaria antiqui
& nobilis Comitatus Ravensburgici, Sparen-
burgo, &c.

Suo Patrono observando & amico veteri:

Atque

Ornatissimo & egregio viro,

Domino **JOACHIMO COCCIO**, Juriscandidato
& Patritio Bileveldensi,

Suo amico observando.

S. D. P.

L Audatissimus Princeps, cordatissimus & lectissimus Heros ac Dominus,
Dominus **WILHELMUS**, Dux Juliæ, Cliviæ ac de Berga Illustrissi-
mus & clarissimus, Inclitusque Comes de Markæ & Ravensberg/ Domi-
nus in Rabenstein/ &c. Princeps clementissimus, & patria nostra Westphalica
pater benignissimus & colendissimus, atque omnium subditorum protector ob-
servandissimus, ita omnium doctorum & piorum ore, sermone, & scriptis com-
mendatur, ita istius quoque sobrietas, temperantia, pietas, clementia, modestia,
inte-

integritas, humanitas, benevolentia & equitas undique commendatur, ut ni-
 hil merito prius haberent Westphalia docti & celebres viri, ejusque terra ali-
 mni, quam isti augustissimo Principi gratificari & sua officia obsequiaque de-
 ferre. Cum autem sint multi, qui hoc me & longe melius possint & simul fa-
 ciant re ipsa suam erga istius piissimi Herois Cels. observantiam declarantes,
 volui ego quoque, licet inter illos minimus, cum paupere muliercula stipem &
 omne suum, quod habuit, in Gazophylacium immittente, dare quod habui &
 potui. Si queratur quid sit? Respondebo, Quod reperire potui in historiis
 manu scriptis, vel in eis, quae olim edita & non obvia quibuslibet sunt, ut
 apud paucos reperiuntur, de celebritate, gloria, rebus praclare gestis, &
 bellisque illustrium DE MARKA & RUPENBURG Comitatus,
 congeffi in ordinem, & nunc meis etiam sumptibus in lucem dare volui, ut hoc
 pacto meam erga illustrissimum & benignissimum Principem observantiam
 animum addictum testarer. Nihil hic ex meo addo, illorum verba reser-
 quos citavi, tantum quod vel latinis vel aliis verbis magis accommodata
 sensum historicorum, quorum testimonia profero, exprimam. Illud quicquid
 est, volui vobis duobus, ut praecipuis in utroque isto Comitatu ministris fide-
 libus & subditis praedicti Principis, Heroicis virtutibus, regionibus amplissimis
 & celebritate augustissimi nominis florentissimi, Domini Wilhelmi & c.
 atque deinde tertio sub istius Herois protectione moranti ejusque gra-
 tia fruenti dedicare & inscribere, Patroni colendi ac Domini Eximii cele-
 bresque. Tua autem Excellent. amplissime & celebrande Domine GEORGI
 à BÖNNEN ea de causa hac rursus assignavi, & sub nominis tui auspicio
 prodire volui, ut novam dignitatem Satrapiae vel Praefecturae arcis pra-
 cipua in Comitatu Marka Wetter tibi gratularer ex animo, & cum reliquis
 tuis amicis me gaudere testarer, quod patri tuo viro sapienti & gravi pie super
 defuncto, cujus etiam nomen refers, in tam celebri officio ac munere succedat:
 Nonne merito gauderem, quum videam meum Patronum ita fidelitatis, labo-
 rum & studiorum tam largiter à benignissimo Principe consequi praemium, ut
 multis aliis nobiles & gravibus viris in ista obtinenda Satrapia, propter do-
 ctitudinem & cultissimorum morum elegantiam ac suavitatem, praefereatur? Tibi
 igitur nunc novo Satrapae res gestas ac historias istorum Comitatum ac Hero-
 um, (qui isti ditioni amplissime praesuerunt & eam rexerunt, in qua tua
 Praestantia nata & educata est, in qua magnam auctoritatem tuus pater habuit
 tuaque familia amplissima diu floruit & adhuc floret, & tu nunc Praefecturae
 praecipuam justis de causis ex gratia & clementia piissimi Principis, cujus prae-

tot annos Aulam secutus es, consequeris, ut patris vestigia ingrediens idem possis ibidem esse, quod pater erat **GEORGIUS à BOENEN senior**, hoc est, magnus & excellens) reverenter inscribo & offero non aliter, quam illas reperi. Postremo videbatur hanc inscriptionem postulare tua illa benevolentia, quam nuper in me exhibuit tua **H.** cui hoc nomine merito gratias agere debeo. Tua namque Excellentia, qua politos mores & variam doctrinam veraque pietatis cognitionem celebri suo & nobili genere addidit, eò libentius & magis suscipit patrocinium doctorum & piorum, quia ipsa praeclare erudita est, & docte loquitur & scribit, idque non solum latine sed etiam Gallice, multorumque librorum ac historiarum lectione se oblectat, qua etiam inter medios Aulae strepitus & negotia frequenter lectioni & scriptioni vacavit. Quare non immerito propter suavitatem literarum omnes studiosos **T. H.** vovet, amplectitur, suscipit & magni facit: tales interim ex equestri ordinis viris hodie prohdolor pauci sunt, quoniam potissima eorum pars magis se venationibus, equitationibus, potationibus & id genus exercitiis vanis oblectat: tamen in isto vestro Comitatu novi nobilem literis pietate & virtute valde instructum & clarum, omniumque studiosorum Patronum colendum, nempe **Dn. Georgium Schellen/Quaestorem Hordanum**, fauorem meum, quem tibi merito confero: De aliis quorum nullam notitiam habeo, non referam, alioqui de nobili viro **Henrico à Recken/LL.** Licentiate doctissimo & clarissimo, Consiliario Principis Illustrissimi & laudatissimi **Dn. Guilielmi, &c.** ejusdemque Ducis optimi & illustrissimi. **Satrapa in Severen/celebris Marschalli istius vestri Comitatus, Theodori à Recken/** fratre aliisque multis proluxa relatio esset instituenda: interim illorum, quos hic non recito, existimationi, meo hoc scripto detractum nolo, quia sunt absque dubio plures apud vos nobiles, qui idem sentiant, quanquam mihi ignoti sint. Habet breviter causam nostrae dedicationis **V. Excell. clarissime Domine GEORGI à BOENEN**: opinor etiam vobis aliisque istius Comitatus amplissimi Alumnis non levem recreationem allaturum esse illud, quod tam victorioso, tam potenter, & tam animose saepe pugnaverint Comites olim de **Marka**, qui etiam potentia, opibus, amplitudine, gloria, & nominis celebritate omnes **Westphaliae** Comites multosque vicinos longe superarunt & excelluerunt semper: nec credo hujusmodi relationem optimo & gloriosissimo Principi vestro imo nostro ingratum fore (nihil enim vellem dictum esse, quod ejus splendidissimi nominis **Dig. & Cels.** possit contrarium esse) Nam cum suum nobilissimum & illustrissimum Ducatus **Clivensis** stemma paternum olim praecipue ex **Markensium Comitum familia per Adolphum illum**, cui deferbantur

Principatus & Electoratus, antequam ad Clivensem Ducatum perveniret, originem duxerit & ortum habuerit, forsitan omnium maxime tali historia delectabitur ipsius Celsi. imprimis vero, cum hic ex tribus historicis integrum bellum ac oppugnatio urbis SUSATENSIS sit descripta, in qua reperiet celeberrimus Princeps GUILIELMUS, &c. quam fortiter & animose obsideri in urbe Sutateni & oppugnari passus sit suus avus magnus Dn. JOANNES Adolphi filius, Dux Clivensis & Comes de Marka, & quam potenter tot & innumeros hostes, quibus post Harminium & Carolum Magnum major exercitus in Westphalia nunquam fuit, ille ipse victoriosus Heros superaverit.

Quod ad te, HERMANNE Quæstor, sapientia, rerum usu & humanitate exculte, & opibus non minus quam gratia & dignitate gravis & eximie continet, volui T.H. hac simul inscribere, quoniam hic antiquæ familie nobilissimi Comitum de Ravensberg aliquot acta, quotquot reperire potui, recitavi, quare non incommodum putabam, si jam Tua quoque Præstantia hunc librum, in quo aliquid de celebritate istius vestri Comitatus dicitur, dedicarem, postquam tu non sine laude per plurimos annos fideliter in primaria Insuper istius Comitatus arce & amplissima Præfectura Quæstorem egeris, ubi Satrapa est gravissimus, excellens nobilis & venerandus senex, judicio ac rerum usu præstans D. Matthias ab Olderbochum, Markici Comitatus, de quo hic ut dixi agitur quoque, præclarus Senator ac Alumnus, & vestrae ditionis nomine clarissimi Principis vestri, qui istum Ravensburgicum Comitatum ex hereditate materna, jure possidet, &c. Præses, patronus meus, in cuius mensa, cum istis versarer in ministerio ante decennium, tecum familiaritatem aliquoties eximie Domine Quæstor contraxi, & eam tunc contractam volui nunc deinceps hoc scripto renovare & confirmare, atque de prædicti Satrapæ Oldenbochumiani atque tuae humanitate ac benevolentia testari publice. Accedit & hoc quod T. Præst. in hac urbe Lemgovienensi, in qua jam munere pastorali in annum usque decimum fungor, natus sis, & in eadem multos graves celebresque viros tibi sanguine & affinitate junctos habeas, ut non immerito hæc nostra tibi mittantur. Cum autem tua Integritas opibus affluat, & sit sapientia, experientia, & industria non leviter tincta & exculta, veraque religionis negotium intelligat, cogitabit sine dubio in hac sua laudanda senectute, quomodo recte possit & debeat ex istis suis bonis non solum amicos & propinquos, sed non immerito, promovere, sed etiam Ecclesiis, studiis, scholis, & pauperibus prodesse ac benefacere: & multos doctos sibi beneficiis devincere, nomenque in

terris ita sibi clarum & post mortem etiam celebre & perpetuum facere, imo memoriam quoque sibi in cælis aternam constituere, juxta illud Davidis: in memoria aterna erit justus, &c. Hoc te facturum confido, & me tibi omnibus modis commendo, oroq; ut T.H. hac boni consulat, & tibi præstantissimoq; Satrapæ Oldenbochumiano atque simul vestri Comitatus Scribæ ditionali viro ornatissimo & industrio Joanni Oppermanno omnia felicia precor.

Quod verote, ornatissime JOACHIME, prioribus apposuerim & præsertim Quaestori vestro, cum tecum parum familiaritatis habeam, forsitan miraris, sed mirari desine: quia non egre feret tuus cognatus CATEMANNUS, quod tuum nomen suo adjungam, quia ille olim successit tuo avo, eique multum debet, quo nomine te vestramque familiam ut cognatus & alumnus ejusdem amat: Ame quoque eadem tua cognatio & familia hoc requirit jure quodam. Fuit enim mihi & etiamnum est adhuc cum sapientibus & egregiis viris tuo patre Dn. Wilhelmo ejusque fratribus Dn. Jodoco Confule, & Dn. Gerhardo, (qui imprimis mihi istic apud vos versanti fautor erat) dulcis familiaritas: quartus fratrum, qui tuus patruus est, Dn. Joannes Coccius, nostræ urbis Consul, celebris pius & vir insignis, meusque Patronus colendus, merito hic quoque honoris causa nominatur: Tuus deinde avunculus, cujus tu refers nomen, Dn. Joachimus Græstius, præstans vestræ urbis Consul, tunc mihi in ministerio agenti apud vos impense additus erat. Quod igitur vestra meretur familia, tua nunc H. reliquorum omnium nomine suscipiet, ut qua est Juris cognitione & aliis literis exculta & instructa, quoniam eos qui cognoscunt literas easque probe didicerunt, decent talia munera: Interim de vestra ditionis actis ac historiis scribens, ad vos proprie talis dedicatio pertinet, (nostratis enim nostra dabimus.) Quod simul toti Senatui prudenti vestro & aliis bonis viris de me bene meritis debeo, hoc jam sub tua Humanitatis nomine & patrocinio annotatum breviter prodire volui. Quid enim dicam de prudenti juris & æquitate gnaro & eximio viro, totius Comitatus vestri Gogrevio, Dn. Jodoco de Rintshelen / & honorando sene Adriano Denssingio, qui mihi tunc in Consulatu existentes amici erant? Nec est negligendum, quod cum venerando Domino Jodoco Hanebomio, dicto Wicht / Pastore veteris oppidi canicie fulgente, tunc mihi singularis amor & amicitia intercederet, veluti quoque cum ipsius cognato spectabili Domino Seniore in collegio Dn. Wesselo Hanebom / cujus filii Joannes & Wilhelmus propter eruditionem & rerum usum digni erant longiori vita. Quod si omnes

vellem amicos veteres recensere, nimis foret prolixum, alioqui praterire non
 possem Judicem vestrae urbis industrium & peritum Georgium Schönin-
 gium, item honestos viros Franciscum Lolemannum, Joannem Burggra-
 vium, Meinolphum Dreierum, ejusque affinem Joannem Mollerum, &
 multos alios. Quod si latinus progredi vellem, essent in ipso etiam Comitatu ve-
 stro praestantes viri, quibus olim familiaris eram: inter quos est vel imprimis
 nobilis vir Dn. Casparus Ledebur/ LL. Licentiatu8 splendidus & doctus, me-
 ritibusque ac gravitate excultus, &c. Hac jurabat ita repetere apud te, Eximie
 Joachime, qui & literas & artes humanitatis probe didicisti, atque doctos
 doctosque viros ipse non indoctus amas, eosque nunc merito pro ista felicitate
 & fortuna tua promovere poteris & vis: Prioris benevolentia apud me a pio
 in me collata recorder, ut veterem amicitiam renovarem cum praedictis. Ita-
 te facere testem volui hujus rei scilicet, me non esse ingratum & asymbolum.
 Puto te & alios delectari patria historia & commemoratione harum rerum, qui
 cedunt ad gloriam potentissimi & serenissimi vestri Principis Dn. Guillel-
 mi, &c. praesertim cum hic de initio vestri collegii dicatur, cujus tu aliquando
 membrum fuisti. Bene vale, & tecum bene valeant in Christo nobilis vir Dn.
 minus Georgius à Boenen/ & honorandus Quaestor Cathemannus!

V. Excell.

deditus

Hermannus Hamelmannus,
 Licentiatu8 Theol.

COMITUM de MARKA quædam gesta, acta & historia excerptæ ex diversis Chronicis, & primo ex *Krantio*.

Krantius libro 3. Metrop. cap. 27. dicit SUSATUM Angirorum oppidum esse, quod etiam sic refert *Chronicon Colonienſe*, & ſimul *Lippienſis urbis*.

Idem in *Metropoli* lib. 6. cap. 37. Cum *Minda* præſſet Eccleſiæ *Sigwardus*, (circatempora *Henrici Leonis*) ortus eſt Comitatus de *Marka* per duos fratres ADOLPHUM & JOANNEM deſcendentes ex *Italia*, &c. Sed rectius ſentit *Munſterus* in *Cosmographia* aſſerens: Comitatum de *Altena* ſub *Henrico I. Imperatore*, qui auceps dicebatur, cum Comitatu de *Berga*, qui nunc Ducatus eſt, initium habuiſſe.

Idem *Krantius* libro 8. capite 52. Pugnavit pro Epifcopo *Monafterienſi* Comes de *Marka* contra *Osnaburgensem* Præſulem *Ludovicum de Ravensberg* & Comes ſuperatur, Epifcopus accepto vulnere poſt triduum perit.

Libro 8. capite 55. *Gerhardus de Marka* (qui Comites olim de *Altena* dicebantur) Comes, Præſul fuit *Monafterienſis*, vir illo ſacerdotio & quidem majore dignus. Hic fundavit & dotavit collegium in *Borcken* & adeptus eſt dominium in *Horſtnow* (*Horſtmar* puto intelligi) non exili in eam rem impenſa pecunia.

Libro 9. cap. 27. Comes de *Marka* conjunctis ſibi Principum & Comitum de *Geldria*, de *Mome*, de *Flandria*, de *Hollandia*, de *Artheſia*, & Epifcoporum *Leodiensis* & *Trajectensis*, armis ac copiis fortiter pugnat contra *Ludovicum de Haſſia Lantravium*, *Monafterienſem* Præſulem, & *Osnaburgensem* *Godefridum de Arnsberg* Comitem, quanquam varia fortuna dubiaque utrobique diu pugnarent, tamen ſuperiores facti ſunt Epifcopi.

Libro 9. cap. 40. & 42. *Engelbertus de Marka* tulit opem *Mauritio*, Comiti *Oldenburgico*, pugnantem contra cives *Bremenſes*, eosque ſuperant, imo *Marcanus* Comes fuit ipſe in caſtris.

Libro 9. cap. 45. *Adolphus de Marka* Comes, *Canonicus Colonienſis* & fatiſ in Jure Canonico doctus, fit *Monafterienſis* Præſul, & pacifice eam aliquandiu rexit Eccleſiam, poſtea adverſariorum inſolentia preſſus, vocatur à *Papa Romano ad Eccleſiam Colonienſem*, in cujus Archi-

episcopatu non diu quoque perstitit, sed etiam resignavit illum in manus Romani Pontificis.

Libro 10. cap. 4. *Engelberti Comitis de Marka* frater *Theodoricus* vocatur ad administrationem ditionis Osnaburgensis, quam aere alieno *Johannes Hoed* Doctor Episcopus prefferat, atque is suscepta administratione omnia strenue gessit, gubernavit serio, multa recuperavit, & aere alieno liberavit ditionem, optima instantia rem gessit, sed implicitus bello cum *Mindensi*, multis suorum caesis, capitur, diu tenetur, donec nec fratris *Engelberti* armis in libertatem restitueretur.

Et rursus lib. 10. capit. 24. Revocatur rursus ille *Theodoricus*, *Markensis Comes*, jam Praepositus *Coloniensis* factus, additionem *Osna-burgensem*, ut pro *Melchiore*, Duce *Brunswicensis* de *Grubenhagen* Episcopo, qui se difficultatibus & simul ditionem implicuerat, administraret omnia, omniaque restitueret, & redimeret oppignorata. Assumitur igitur vicarius tam in spiritualibus quam in temporalibus. Ita ratatur aere *Theodorici*, Episcopus *Melchior*, quem captivum tenebat *Comes de Hoya*: *Theodoricus* rursus omnia prospere gessit in ditione. Et mox libro 10. capite 48. Translato *Melchiore*, esse *Theodoricus de Marka* benemeritus esset de Ecclesia & ditione *Osnaburgensi*, quam etiam altera vice pene solus exemit multis difficultatibus, unde emergere suis viribus nunquam potuisset, tamen illo praterito *Theodoricus de Horne* eligitur, nec habetur ratio benemeriti, &c.

Libro 10. cap. 49. Opem tulit *Comes de Marka* hosti ditionis *Paderbornensis* *Frederico Patbergico*, qui oppidum *Lichtenow* concremavit, oppidanos de *Barentrief* emunxit argento, ne urerentur.

Hæc ex *Metropoli Krantii*; jam etiam ex *Saxonia* quædam adferemus.

Krantius lib. 10. *Saxonia* cap. 12. *Tremonia* bellum sustinuit adversum sibi vicinum *Comitem de Marka*, qui à veteri memoria dicebantur de *Altena*. Is *Comes* adjutus armis *Archiepiscopi Coloniensis* infestis tenuit agros civium, ut egredi non sinerentur: Ipsi aliquantis vicibus arma in eum produxere: omnis deinde controversia hoc modo tractatibus finitur, in eam compositionis formulam, ut *Tremonenses* in reliquum annuam *Comiti pro tuitione pecuniam*, ut prius solverent: ipsæ arces novas, quas sub nomine *Archiepiscopi Coloniensis* erexerat, demoliretur: cives viginti florenorum aureorum millia mutuo darent, quod non

non ipse quoad viveret, sed hæredes ejus solvere tenerentur. In eum modum rebus compositis, utrique quievere. *Vades* erant *vicinae urbes Susatum, Unna, Hamma*, ut omnia ex fide implerentur.

Krantius libro II. cap. 31. *Saxonia*: Anno à Christo nato quadringentesimo, quadregesimo quarto post mille, cum *cives Susatenses*, qui sub Archiepiscopo Colonienfi fuerunt per annos ducentos octuaginta, à tempore *Frederici I. Imperatoris*, quò ille *Henricum Leonem*, Ducem *Saxoniae* provinciis pullum, omni exuerat feudi dignitate. Cum *Philippus Archiepiscopus Colonienfis*, quantam potuit *Westphaliae*, quæ ante *Henrico Leoni* paruit, partem abstraheret; assumpto titulo Ducatus *Westphaliae*, quem etiam hodie tenent *Episcopi Colonienfes*. Tum & *Susatum* cepit parere *Ecclesie Colonienfi*, usque ad tempora quæ nunc scribimus: Nam hoc tempore colla subduxerant jugo, quod se dicerent ab *Archiepiscopo in antiquis libertatibus aritari*. Ad *Adolphum* igitur *Clivensem Ducem* (qui fuit etiam *Comes de Marka*) defecerunt, cui, salvis immunitatibus antiquis, *Sacramentum fidelitatis præstiterunt*, (hoc scribit *Ertwinus Ertmannus* factum in die *Petri & Pauli*) multis interim nunciis ac literis hinc inde missis ad Ducem, ut abstineret aliena ditione: ad urbem quoque ut ad cor rediret, agnoscens, quem debuit *Coloniensem Archiepiscopum Dominum* in temporalibus & spiritualibus. Sed cum toto triennio his atque aliis viis nihil proficeretur, ad arma perventum est utrimque comparata. *JOANNES Clivensis, Adolphi filius*, ut filius familias cum valido præsidio urbem tuendam ingreditur, passus in ea obsideri. *Theodoricus* autem *Archiepiscopus*, comparatis copiis, ad obsidendum se parat. Venerat illi auxilio *Wilhelmus Landgravinus Turingia*, Dux *Saxoniae* inter agmina sua ducens, duo millia quingentos ex *Bohemia*, homines armis jam diu innatos, & qui se exemplo crudeliter defevirent. His ad *Susatensem urbem* productis copiis magnis & multis armatorum millibus, obsedit illam, oppugnavitq; toto mense, raro intermittens bombardarum tonitrua. Sed cum ea non terrent cives, apparatis magna multitudine scalis, statuit Præsul variis simul locis invadere murum. Erat ea scalarum multitudo & id roboris, ut una tres aut quatuor, in qua starent & ascenderent, caperet: Oppidani adversus ea miserunt lapides ac trabes. Sed omnium erat validissimum defensionis genus: *Sartagine* in muris disponebant per intervalla, subjecto igne, pulvis in aquis bulienti fervore miscebant. Hunc liquorem capacibus vasis fervescens fudere in armatos scalis incumbentes. Exuperabat ea vis omne genus tormentorum.

rum. In ipsis suis armis excruciatum suffocabantur: fuit tormenti genus incomparabile: Eo itaque modo tum muri sunt defensi, & periere exscandentibus plurimi, qui pro suo debito primi venerant ad arma. Nam Bohemi facile cessere indigenis honorem, ut militia prælati primi essent in periculis. *Archiepiscopus eo accepto incommodo oppugnationem deseruit. Ex hoc tempore Susatum in jure Ducis Clivensis permansit, &c.*

Hæc ex *Krantii Saxonica.*

De rebus gestis COMITUM de MARKA brevis
annotatio ex *Ertwini Ertmanni*, Consulis Osnaburgensis, *Chronico* desumpta & excerpta.

Nomine *Episcopi Monasteriensis* magno agmine venit in *Osnaburgensem* terram contra *Episcopum Ludovicum Ravensburgicum* ibidem *Præfulem* pugnaturus *EVERHARDUS Comes de Marka*, atque ei operantuleri *Comes de Arnsberg / Comes de Secklenborg / Comes de Giltich / Comes de Walteche / Comes de Ketberg / Comes de Tremonia, & Domini de Loen & Ahus / &c.* hinc sunt illi versus:

*Marka, Monasterium, Secklenborg / Fuliacum,
Arnsberg / Waltegge / Loen / Ketberg / insuper Ahus,
Tremoniaque Comes, Petrus vos terruit omnes, &c.*

Id est, *Petrus patronus Osnaburgensis* (ut tunc in cœca Babilone perstabatur) omnes fudit, quod nihil in ditione Osnaburgensi efficerent.

Cum essent rixæ & inimicitix inter *Lodovicum Hesse Comitem provincialem*, tunc *Episcopum Monasteriensem*, & *Engelbertum Comitem de Marka*, accidit ut *Engelbertus Episcopum* ingredientem suam ditionem cum multis armatis plus quam septuaginta caperet, ac tantisper detineret, donec se debita summa eximeret *Episcopus*.

Dum esset *Walramus Fuliacus Archiepiscopus Coloniensis*, productis suis *Adolphus de Marka & Godifridus Comes de Arnsberg* diruerunt oppidum *Mengerden* / quod tamen ille *Walramus* reparavit.

Cum *Ludovicus IV. Romanorum Rex*, odio prosequeretur *Walramum prædictum Præfulem Coloniensem*, quod jussu *Papæ Clementis sexti* unxisset in Romanorum regem *Carolus IV. filium Regis Bohemici* concitavit *Comites de Marka, de Arnsberg / de Walteche & alios vicinos*

contra *Walmarum*, qui ditionem Colonienfem ab hac parte Rheni vastarunt & omnia turbarunt. Etsi autem duceret exercitum in Westphalam *Walramus*, præfertim contra Markenfem Comitem, & cum illo confliget, tamen remansit victoria apud Comitem de Marka *Adolphum*, qui trecentos ex agmine Episcopi cepit & captivos duxit: Interim reparavit exercitum & resumpsit vires *Walramus* & juxta locum *Berkam* cum Comite pugnavit denuo, In ea pugna etsi se fortiter objiceret Episcopo Comes, tamen victus multitudine, palmam ei cedere coactus est, interim ille accepto vulnere lethali mox post stratum suum exercitum defunctus est.

Engelberti Comitum de Marka (qui erat inter reliquos Comites Westphalia ut potentissimus, ita & gloriosissimus) frater *Theodoricus* vocatur ad ditionem *Osnaburgensem* administrandam pro *Joanne Hoed* ex studio *Schole* Montis *Pessulani*, qui castrum *Zborch* recuperavit & ex manu *Tecklenburgensium* eripuit, castrumque *Gronenberg* redemit. Pugnavit hic cum *Mindensi* Episcopo *Gerharo* (cui opem tulerant *Hoyenses* & *Schwenburgici* Comites & Domini de Monte dicto *Schalckesberg*) sed infeliciter circa locum *der Holtshuserbecke* / quia in pugna capitur & in urbe *Mindensi* vinculis traditur anno 1363. cum utrinque multum damni sibi dedissent antea: in illa pugna periit quidam strenuus militaris ex familia nobili de *Recken*. Introductus in urbem captivus *Theodoricus Markenfis* ab Episcopo *Mindensi* jocosè exceptus erat, *Syd uns wils kommen Herz van der Marckel* / Responderat ille: *Such Bischoff hit und dar / bistu dar?* Notans hominis levitatem, qui antea cum illo fœdus unitatis inierat & hoc tamen ruperat. Cum autem hoc perveniret ad aures *Engelberti* fratris, mox ille collecto copioso milite & vocato *Clivensi* Comite in auxilium duxit exercitum in terram & ditionem *Mindensem*, atque urbem, in qua frater tenebatur captivus, obsedit & cinxit, eoque premendo terruit cives, ut liberum fratrem *Theodoricum* dimitterent, &c.

Cum *Florentius Monasteriensis* & *Theodoricus Osnaburgensis* Episcopi ejecissent *Borchgravium* de *Stromberg* propter suam tyrannidem & varia commissa scelera, quorum nomine Banno Imperiali notatus erat, recepit illum in arcem *Rhede* *Otto Tecklenburgicus* Comes. Itaque istorum Episcoporum & simul *Paderbornensis Henrici Spegels* atque *Comitis de Marka* copiis cingitur arx *Rhede* anno 1379. donec dimitteret *Burchgravium*, & in aquas cum eis descenderet conditiones.

Florentius Monasteriensis & Theodoricus Osnaburgensis Episcopi collectis suis vastarunt Comitatum Marchensem usque in Westhoven, postea cum Monasterii esset Episc. *Henricus Wulff* regressus est ille Comes in ditionem Monasteriensem usque ad urbem ipsam & depulando incendiisque multum damni dedit, &c.

Cum Susatum cinxisset *Colonienfis Præsul Theodoricus*, aderat ei frater *Henricus de Morsa*, Episcopus Monasteriensis & Administrator Osnaburgensis & non leve ipsi tulit auxilium, & cum illo venit in Comitatum Comes de Retberg / qui castrum Havestadt in ditione Monasteriensis tunc possedit ab Episcopo oppignoratum. Imo in oppugnatione se quoque virum præstare voluit *Henricus Præsul*, interim ex aggere mœniisque ita per hostes turbatur, ut prostratus in fossa aquatili semivivus jaceret diu, donec percivem Osnaburgensem dictum *Gildemannum* extraheretur & istius humeris, ut ovis, impositus ad castra reportaretur. *Adolphus* tunc tulit animosus & Generosus Juvencis ac Dominus *BERNHARDUS de Lippia Comes*, *Adolpho patri & Johanni filio*, Ducibus de Clivis & Comitibus de Marka, atque eodem tempore eis dimidietatem urbis Lippia perpetuo resignavit & vendidit. Tam arcte istis autem adhaerit *Lippianus Heros* ut præterito *Colonienfi*, qui erat ipsi avunculus magnus, sicut promissis & servaret fidem datam *Clivenfis*, unde accidit, ut non levem jacturam ferret in sua ditione, cum ei omnes arces & urbes spoliarentur, turbarentur & prædæ essent hostibus. *Blombergum* vero oppidum cum castro exureretur, &c. Quo nomine *Comites Lippianes* apud *Clivenfes* Duces perpetuam gratiam promeruerunt. Cum autem viderent *Herodienses* vicinam regionem Lippiacam ita spoliatam, venerunt obviam Episcopo, ducenti *Thuringos, Misnenses & Bohemos* in suo agmine & exercitu (qui numerum ut dicebatur 70. millium excessit) quibus omnibus præfuit *Wilhelmus Dux Saxonie*, expetentes suppliciter pacem quam numeratis 16. millibus aureorum *Rhenensium* impetrarunt. Postea ditionem & territorium *Navensberg* spoliarunt & devastarunt illi etiam teri populi, & mox transeuntes per montem *den Lutterberg* / rectè tenderunt ad obsidionem urbis *Lippiensis*, quæ cum per triennium cum suis Dominis *Clivenfi Duce & Comite Markensi Dominoque de Lippia* bella sustinuerat à *Colonienfi Præsule*, non terrebarur jam adventu istius populi ferocis. Antea vero cum Comite de Lippia *Clivenfis Dux* obsiderat *Werlam urbem*, & cum deinceps ante adventum *Bohemorum* insequeretur

sequeretur illos hostis munitus exercitu usque ad portas *Susatensium*, egressi sunt *Susatenses* cum prædictis Dominis, & facta confertatione, superiores facti, ceperunt ex hostibus multos, atque in ea pugna periit quidam *Comes de Massaw ac Bilstein* quod fiebat anno 1446.

De toto negotio extant *versus* aliquot (quos ego *Hamelmannus* aliunde descripta habeo) cujusdam *Hermanni de Holste* ex quibus partem recitabo:

Lippenfes nati pariformiter atque Sufati
Capita vocati, merito milites coronati,
Evasit vota per vos Westphalia tota,
Vos expulistis canes de finibus istis
Heu blasphemantes, sacramenta pedicantes

(id est conculcantes)

Qui torquent clerum, sumunt cum calice merum,
Hoc magnum nephas quæ so tu corrige cephas.

(id est Petrus) &c.

Cum autem frustra oppugnaret *Susatenses* Archipræsul, dimisit tandem *Bohemos, Thuringos & Misnenses*, qui propter non bene soluta stipendia, ut dicebatur, etiam *Episcopum Theodoricum adorti*, ipsi graves fuere, & forsan in discrimine vitæ versatus fuisset *Theodoricus*, nisi fuga sibi consuluisse. *Discedentibus Bohemis & aliis*, qui castra fixerant ante *Susatam* in cœnobio suburbano *S. Walburgis*, quod erat virginum monialium, exeuntes cives penitus istud *Monasterium*, unde multum damni dederant urbi hostes, destruxerunt, introducentes *Montiatis* in urbem, ubi deputabatur istarum societati aliud cœnobium. Interim nondum cessavit *Coloniensis*, regressis exteris (qui jam spoliatis templis, arcibus, domibus & aliis castris *Westphaliæ*, magnam retulerunt prædam domum) quoniam anno proximo Anno 1448. ope fratris *Henrici Episcopi Monasteriensis & Osnaburgensis & Magni Ducis Saxonie, Episcopi Hildesimensis*, item *Alberti Comitis de Hoya, Præsulis Mindensis, Ottonis Tecklenburgici Comitis & aliorum*, fecit impetum in *Susatensium* dominia, pagos, suburbanos hertos & agros, & multa conculcavit devastavitque, imo arbores fructiferas succidit, sed nihil effecit. Interim *Nicolaus Papa V.* qui uno eodemque anno *Doctor Theologus, Cardinalis & Papa* factus erat, misso *Legato ad Ducem Burgundie Philippum*, mandavit, ut iste cum legato de pace tractaret inter *diffidentes Coloniensem & Clivensem*, quod factum est, & ita utrobique pax fuit

fuit singulis partibus attributa & concessa, ea lege, ut sibi *Clagenis Dux* & *Comes de Marka* retineret urbem, *Coloniensis* vero arces *Dylstein* ac *Strodeborg* quas vi ceperat, &c. Paulo post solutam obsidionem *Susatensis* nondum fatigati triennali bello, *Tremoniensibus* se armatos objiciunt propter quandam controversiam, cujus nomine contra *Tremonienles* pugnaturi exierunt. Hic cum prope urbem *Tremoniam* pugnarent utriusque urbis cives, tandem *Susatenses* facti superiores ceperunt quadringentos quadraginta sex viros, quos detinuerunt, donec placita exequerentur *Tremoniensis*, &c.

Haecenus *Ertwinus*.

Sequuntur nunc quaedam res gesta Comitum de Marka in *Coloniensi Chronico* excerpta.

Bruno II. Episcopus 38. *Coloniensis* fuit *Adolphi II. de Alena* filius, circa annum Domini 1132. Hic per 6. annos erat Praesul, antea Praepositus ad *S. Gereonem*, & magnus apud *Luderum Caesarem*, quem sequabatur in Italiam, in cujus nationis regione *Apulia* mortuus est, in oppido *Bara*, circa festum Pentecostes.

Arnoldus II. Episcopus 40. *Coloniensis* fuit *Comes de Alena* sub *Ludovico & Frederico I.* antea is summi templi Praepositus, atque *Frederici I.* Cancellarius fuerat, vir ingenio, iudicio, usu rerum & consilio gravis: bellicosus & victoriosus: fuit in Archiepiscopatu per quinquennium.

Fredericus 41. Episcopus, si recte ex hoc Chronico colligo, fuit quaeque *Comes de Alena*.

Bruno III. 44. *Archipraesul* *Coloniensis*, ex Praeposito summi templi electus est, & originem duxit ex Comitibus *de Alena*, vir senio confectus, bonus & benignus, deseruit Episcopatum, resignans eum in manus *Henrici Caesaris*, atque factus est Monachus in *Monasterio Aldenberge*, ubi etiam sepultus est. Sequitur in Episcopatu fratrem *Brunonem Adolphus I. de Alena* *Comes*, ex Praeposito *Coloniensi* factus Episcopus 41. sub *Henrico VI. Philippo & Ottone IV.* gubernavit Provinciam per annos 12. Cum autem essent in electione discordes Electores *Henrico VI.* & alii *Philippum Suevo* Ducem, alii *Ottone* Ducem *Saxoniae* inter quos *Adolphus* *Coloniensis* erat, Caesarem pronuntiarent, *Adolphus* unxit *Ottone* *Aquisgrani*: Itaque auxilio regis *Bohemorum* graviter *Coloniensem* ditionem perdidit *Philippus*. Postquam igitur

deret sibi nihil spei vel auxilii reliquum esse, ab Ottone Adolphus vel invitatus petita reconciliatione defecit ad Philippum, quem etiam impetrata pace unxit Aquisgranum in Regem. Quo facto audito, quia erat erga Philippum male affectus Papa Romanus Innocentius I. deinde Cælestinus, citavit Colonensem Adolphum Romam, sed is mox non veniens excommunicatur & deponitur, ad quam rem exequendam mittitur Colonia Syfridus Archipræsul Moguntinus cum Cameracensi Præsule. Ita ille exclusus & alter electus est. Interim multum dedit isti ditioni damni Philippus propter depositum Adolphum, imo expugnavit Novesium vel Nussiam urbem, quam superatam & expugnatam in manus Adolphi tradidit pro damni recuperatione.

Cum aliquando dissiderent Colonensis Præsul Engelbertus de Balfenborg & Senatus Colonensis urbis, qui tunc captivum tenuit Episcopum, res est ad arbitros rejecta, inter quos fuit Engelbertus de Marka Comes.

Cum Dux Brabantia pugnaret contra Comitum Geldria, cui tulit oppem Colonensis Præsul Syfferdus de Westerbordh) &c. adhasit Brabantino Adolphus Comes de Monte & Everhardus Comes de Marka Senatusq; Colonensis: pugna autem inter utramque partem facta est, & captus est à Brabantino Geldriensis Comes, deinde & Colonensis à Montano Comite captivus ducebatur, interea progressus est in ditionem Westphalicam, quæ parvit Colonensi Everhardus de Marka & multa vastavit, imo quaedam oppida & arces invadendo cepit & occupavit, &c.

Wigboldus ab Holte cum Episcopus Colonensis 53. esset, erat ipsi & toti ditioni suæ hostis Comes de Marka: Itaque obviaturus hosti Episcopus collegit & conscripsit suos, quibus comitatus venit susatum, unde facta excursionem saepe occurrit Comiti Markensi: Verum Comes magnis impensis milites conduxit, & saepe Archipræsulem jam satis armatus provocavit ad pugnam, multum interim damni inferens ditioni Colonensi: Longis armis fatigatus Comes cum quiescere decrevisset, en tum demum ipsum aggredi cepit Colonensis: Interim dum ita duceret exercitum in Comitem, incidit in morbum Archiepiscopus, quo etiam mox sublatus est è medio, in cuius locum eligebatur tunc Henricus Comes de Birenberg/ qui semper gessit contra vicinos bellum, & saepe cum Markensi & aliis Westphaliae Dominis pugnavit, sed nescio quam feliciter.

Cum 16. Heroes bellum indicerent Joanni Duci Brabantino, fuit etiam inter illos Comes de Marka.

Cum aliquoties Comes de Marka adjunctis sibi Comitibus de Arnberg & Waldeck pugnaret contra Walramum de Göllich Archiepiscopum & ejus ditioni multum damni daret, contractis copiis se opposuit Markensi Walramus, & instructa acie ipsum adortus pugnavit; sed non ita feliciter, quoniam cum Comes alacris ad pugnam esset cecidere Colonienfium multi, trecenti autem captivi ducebantur a Comite, alii facti sunt profugi. Interim in tanto pugnandi ardore graviter vulnerabatur Comes de Marka, ex quo etiam vulnere sibi mortem contraxit. Hac vero percepta clade nondum quievit Colonienfis, sed instructo exercitu descendit in ditionem Markensem: verum res est completa, per Heroes Clivensem & Hollandicum.

Adolphus de Marka Episcopatum Monasteriensem per quinque annos administravit, & deinde per Urbanum V. constituitur Episcopus Colonienfis, ubi tantum per 12. menses in Archiepiscopatu hæsit. Nam cum non initiatus sacris, nec cogitaret de retinendo Episcopatu, hoc effectum mortuo Clivensi Comite sine heredibus, illi daretur in feudum à Cesare dominium amplissimum Clivensium Ducum: Discedens igitur ab Episcopatu, quem resignavit in manus Papæ Urbani prædicti per procuratores in favorem tamen patruum, omnia quæ in arcibus & castris habuit transiit secum ad Clivensem terram, quam occupandam suscepit, duxit in uxorem Comitis de Berga filia: Interim ab Episcopatu retinuit castrum & oppidum Berck cum telonio: Atque hinc est, quod Clivenses Duces sint Comites de Marka: videmus igitur ex prima origine Westphalum esse Illustrissimum Ducem Clivensem & Juliacensem, Dn. GUILIELMUM, qui etiam tres amplissimas & præcipuas regiones in Westphalia obtinet & possidet hodie.

Engelbertus de Marka Comes, Adolphi patruus, per annos 20. fuerat Episcopus Leodiensis, & jam discedente ab Episcopatu Colonienfi ejus nepote, transfertur per Papam Urbanum ad Archiepiscopatum: Is per annos 20. multa graviter in ditione Leodiensi gesserat & præclare: nunc autem confectus senio nihil singulare in hac ditione egit, tantum castrum Lins extruxit & oppidum munivit. Postea elegit in coadjutorem Cononem de Valkenborg Episcopum Treverensem: deinde cum ille Engelbertus in quintum usque annum præfuisset, abiit ad patres.

Tremonia obsidetur à Coloniensi Principe Frederico de Sartwede & Episcopo Monasteriensi, & Paderbornensi Episcopis, atque Comite de Marka qui magnum aluerunt ibi exercitum anno 1387.

Engelbertus de Marka intulit bellum Episcopo Coloniensi Frederico de Sarwede / & ab oppido Cons & Noveso circa Rhenum usque Bonnam vastavit omnia, imo incendiis perdidit Byl & Wyß in terminis Rheni, item Baildorp / Gemmenich / Lechenich / Bilsair / Romerskerken pagos egregios: deinde ditionem Kempensem aggressus per dies novem extorsit populis magnam pecuniam, quæ etiam ab Episcopo, si illum vinculis inclusum hubuisset, vix potuisset ipsi numerari. Nam populi territi priori incendio ulterò omnia obtulerunt, ut salva ab incendiis ædificia retinerent: hoc accidit anno 1391.

Guilielmus Dux de Monte pugnavit cum suis Nepotibus ex sorore Adolpho & Theodoro, Comitibus de Clivia & Marka: eaque pugna facta est in ditione Clivensi: In primo congressu facti sunt superiores Bergenses, & ceperunt multos militares & equestris ordinis viros Clivensis & Markica ditionis: atque jam alacres isti erant de parta victoria, interim adventantibus Wesalia urbis civibus aucti & animati Clivenses regrediuntur ad pugnam, & cum secundo acies instruerentur, fortiter hostes adorti sunt Clivenses & Markenses, interim qui à Bergensibus antea erant capti Clivici & Markenses sumptis animis egregie in opprimendis prioribus victoribus operam navarunt, & ita Clivenses cum Markensibus non solum superarunt hostes, sed etiam ipsum Guilielmum Avunculum, item, Julicum Principem Comitem de Solmis, Dominum de Hinsberg / Dominum de Rifferscheyt / Comitem de Seine / Dominum de Westerbordy & multos alios nobiles captivos duxere. Hoc factum est anno 1397.

Anno 1398. Theodorus Clivensis, qui Markicam ditionem obtinebat (diviserant enim fratres, ditiones, quia Adolphus Clivensem occupavit) obsedit oppidum Erverveldum, ubi 14. Martii ictu bombardico periit. Accepta morte sui Domini, collecta copia & instructa acie voluerunt vindicare sui Comitum mortem Markenses & anno 1399. in Majo profecti sunt in terram Bergensem, & ibi multa vastarunt, turbaruntque omnia, denique propugnaculum & egregium pagum Molenheim ceperunt, quod nunquam antea erat auditum.

Calliditate quadam impetravit perpetuam possessionem castri & urbis Reyswert cum telonio à Gerharo Duce Clivensi & Comite de Marka (qui tunc Comitatum Markæ obtinuit) Coloniensis Presul Theodoricus de Morfa, qui etiam in gratiam Gerhardi conscripsit militiam contra Adolphum Gerhardi fratrem Ducem Clivensem, ut is ejiceretur, & contra farter Gerhar-

hardus utriusque terræ fieret Dominus: *Militarum* igitur tunc *Coloniensis* & *Gerhardo Markenfi* multi *Duces* & *Comites*, *Dux Lotharinga*, *Dux Saxonia*, *Dux Brunswicensis* & *Luneburgensis*, *Dux Bergensis*, item 6. *Episcopi* tulerunt opem *Markensi*, ut *Moguntinus*, *Treverensis*, *Ludensis*, *Wirtzburgensis*, *Monasteriensis* cum *Coloniensi*: item, *Comites* 15. de *Cagenellenbogen*, de *Sarweden*, de *Bitsch*, de *Lichtenburg*, de *Culfs*, de *Weida*, de *Bolmestein*, de *Birneburg*, de *Blancenheim*, de *Bogenheim*, de *Gerafsstein*, de *Riffenberg*, &c. item *Domini* de *Rifferscheit*, de *Winstingen*, de *Hensperg*, de *Eroneburg*, de *Sleyden*, de *Moynschart*, de *Hi* omnes evocati per *Coloniensem Præsulem Theodorum* & *Comiti* *Markensi* magnis copiis cum *Coloniensi Præsule* *Clivensem Ducem Adolphum* nomine fratris *Gerhardi*, & ingens illa multitudo hominum omnia absumpsit & devastavit in ista regione: incendiis, rapiis & oppressione valde ditionem illam milites confecerunt. Interim *Duces Brabantie* & *Burgundie*, quorum sororius erat *Adolphus Clivensis*, facti sunt arbitri inter fratres, & composuerunt illos, ut dimissis copiis quiesceret *Gerhardus*, quanquam tunc non stare politica promissis *Adolphus*.

Theodoricus de Morsa *Archipræsul* *Coloniensis* anno 1441. magnis productis copiis voluit *Susatenses* ad quandam servitutem redigere, sed illi pugnarunt pro antiquo patrio jure, resistens *Theodoro*: item cum rursum produceret magnum exercitum contra *Susatensis* idem *Præsul* anno 1444. & ex *Arnsburgo* recta cum exercitu in *Susatensis* tenderet, constantes in sententia permanserunt, nihilque de veteri jure remittere voluerunt: tandem eligerunt in hereditarium Dominum *Adolphum Clivensem*, qui erat etiam *Comes de Marka*, qui cum filio *Joanne* indixit statim bellum *Coloniensi*: interim per biennium uterque Princeps multum sibi damni intulerunt bellis, rapinis & incendiis, demum anno 1446. altero *Simonis & Jude*, certavit cum suo exercitu ante urbem contra *Susatensis* *Episcopus*; *Oppidani* vero cum *Joanne Clivensi*, facta excursione, straverunt hostes ante moenia pugnantibus ita, ut ducenti ex optimis & lectissimis *Episcopi* equitibus & nobilibus caperentur: Tunc cecidit in illo certamine *Comes de Witgenstein* *Præpositus* ad *S. Gereonem*, & *Philippus de Nassau*: *Susatenses* ex armis, equis, hastis & aliis bellicis instrumentis, quæ hostibus & captivis adimerant, confecere novem millia aureorum & 60. captivi denique seps solvere cogebantur pro sua redemptione, 32. millia aureorum. *Episcopus*

Episcopus precibus & pollicitationibus eò permovit Ducem Saxonia, ut ei maximum Bohemorum, Misnensium & Thuringorum Saxonumque exercitum adduceret, quo cinxit urbem Susatensem per mensem, & tandem cum per mensem ictibus bombardicis isti milites nihil proficerent, oppugnarunt urbem fere per dies 14. In illa oppugnatione ipse Coloniensis Præsul fere occubisset; interim perierunt ex oppugnationibus mille & quingenti, quos desiderarunt cum 28. viris, qui in fossis & concavis locis urbis occubuerunt, cum tantum ex oppidanis in tam longa oppugnatione octo desiderarentur. Erat autem in urbe quidam Dominus de Swaynenburg nomine Gabinus, militans Clivensi, qui cum intelligeret Bohemorum Ductorem esse Comitem in Sterneberg suum cognatum, conquestus est illi de ignominia sibi ab Episcopo Coloniensi & ab aulicis in Ducis Bergensis Curia illata, petiitque ab eo, ut partim propter agnationem, partim propter communem patriam, suam vindicaret stemma. Hoc intelligentes Bohemi cum suo ductore, quia etiam videbant frustra tentari oppugnationem, conversi in Episcopum, facti sunt quasi ipsius hostes: is autem aufugit in oppidum Geseke/ id nisi fecisset, forsan ab ipsis aculeos mortis reportasset.

Anno 1486. Fredericus Cæsar Colonia investivit etiam dominio & jure urbis Susatensis & Comitatu de Genep/ &c. Joannem, Clivensem Ducem & Comitem de Marka, filium istius Joannis, qui se patiebatur animose obsideri in urbe Susatensi, atque ut iste Joannes fuit avus Domini Guilielmi Clivensis & Juliaci Ducis præstantissimi, qui hodie superest, ita hic qui se inclusum detinuit in urbe propter reportandam victoriam ab hostibus, fuit illi avus magnus, si recte tamen supputo.

Gobelinus, Decanus Bileveldensis, in suo Cosmodromio scribit Fredericum IV. Comitem de Altena genuisse Adolphum V. Comitem de Altena & I. de Marka.

Idem Gobelinus scribit sub Henrico Frederici filio occidisse Fredericum de Altena Coloniensem Præsulem; sed hoc non est verum, quia is fuit Comes de Hsenberg/ teste Krantio, Eriwino & Coloniensi Chronico.

Idem Gobelinus scribit, quomodo anno 1410. bellum intulerit Wilhelmo Paderbornensi Archipræsul Coloniensis, Fredericus, & Adolphus Clivensis Dux & Comes de Marka, qui Susatensis & vicinarum urbium cives multos conjunxerant: cum autem essent in ditione Paderbornensi in loco palustri, dicto de Delbrugge/ & securi essent duo Heroes nimis confidentes suo agmini numerofo, nec manerent ipsi in castris sub dio pernoctantes, accidit ut clam à tergo de nocte eos adoriretur Episcopus Pader-

bornensis *Wilhelmus de Monte vel Berga*, & sternebat misere, quia cum castrorum ignari essent & in palude haerent, etsi longe plures eorum essent, tamen eluctari non potuerunt: ita accidit ut vexilla Comitum de *Marka* victorioso Paderbornam inferrent cives: Interim Archiepiscopus & Comes de *Marka*, collectis circa oppida *Lippe / Geseke / Bryle & Müden* militibus, rursus Paderbornensem ditionem invasere, & ab utraque parte armati sibi multum damni dederunt per novem menses, tandem accessione *Leonis* facti sunt insolentiores in Paderbornensem Episcopum, qui tamen se fortiter defendit: Verum intervenientibus amicis & cogitis utriusque partis controversia est belle composita, &c.

Comitum de Ravensberg quaedam acta, res gestae ac libertatis excerptae ex diversis Chronicis & primo ex *Krantio*.

Krantius in Metropoli lib. 5. cap. 32. *Otonis Saxonis* origine & Principis insignis ex quatuor filiabus unam duxit *Hermannus de Calce*, quae genuit *Othonem & Henricum Comites de Ravensberg*: Idem dicit in *Saxonia* libro 5. cap. 15. Libro 8. cap. 25. *Metropolis* ait idem. *Ludovicus Comes de Ravensberg* fuit Episcopus *Osnaburgensis* numero 33, vir magni animi, qui *Simonem Dominum de Lippia*, multa damna ex arce *Engern* antiquo Saxonum propugnaculo, dantem ditioni *Osnaburgensi* cepit & in urbe turri forti includit. Nam occurrit *Simoni* armato ejusque agmini per compendia viarum armatus ipse, & congressione facta more militari, cum multo labore exantlato infesti concurrissent, tandem capitur *Comes Simon* & captivus abducitur, ejusque captivitas duravit in annum sextum, quo praterito, datis multis & celebribus obsequiis ex quibus plerique Comites erant, libertati restituitur. Hic quoque *Ludovicus* bellum gessit cum Episcopo *Monasteriensi* *Comite de Monte*, qui adharebat *Comes de Marka*, atque ipse cum *Monasteriensi* *Prælatu* descendit contra *Ludovicum* in aciem, ubi cum diu tandem longa conflictatione pugnatum esset superatur *Comes de Marka*, & interim quoque *Ludovicus*, accepto per errorem lethali vulnere à proprio famulo (qui peribat se Comitem *Markensem* pungere) periit triduo post pugnam.

Krantius in Saxonia lib. 6. cap. 39. *Hermannus Comes de Ravensberg* fuit in castris *Philippi Archiepiscopi Colonienensis* pugnantis (scilicet liciter) contra *Henricum Leonem* prope *Osnaburgam*.

Idem libr. II. cap. 17. Pugnarunt *Hervordenses cum Osnaburgensibus* adjuvi à *Comite de Lippia*, & excipientes pralio hostes numero plures, quamvis diu paribus armis & animis certarent & aliquandiu æqua felicitate stare viderentur, fuderunt, atque ita victoria impetrata *Hervordenses ex hostibus viros LX. secum duxere captivos*, alii per fugam sibi confuebant, &c.

De rebus gestis *Comitum de Ravensberg* brevis annotatio ex *Chronico Ertwini Ertmanni*, Consulis *Osnaburgensis*, desumpta.

Cum *Osnaburgensis Episcopus Philippus* per annos septem cingeret arce fortissimam *Baronum de Holten* / quos alii *Comites* vocant, & tandem everteret, tulit ei auxilium *Comes Ravensburgicus*, qui etiam inde retulit pro laboribus suis *liberas sedes in Mittendorpe* / & *Judicium lignarium in nemore Hiltet* / &c.

Ludovicus Ravensburgicus Comes, Episcopus Osnaburgensis, provocatus ab *Everhardo Comite de Marka* nomine *Episcopi Monasteriensis*, (à quo acie auctus & instructus est *Comes de Marka*) ad bellum, coactus est ad arma disponere se suaque, interim prius jejunium indixit *Ludovicus*, & præmissis precibus, ad pugnam invitus ab adversario pertractus, fortiter se & suam Ecclesiam tuetur contra hostem, reportata domum victoria, quanquam & ipse lethali vulnere accepto periret triduo post pugnam, hinc sunt versus hi de illo.

Corpore *Zacchæus*, animo *Judas Machabæus*

Alter est iste *David Marcensem* cuspide stravit, &c.

Idem *Ludovicus Episcopus*, virtutibus & devotione clarus, de suo patrimonio quicquid illius erat, contulit ad collegium novum fundandum in oppido *Bileveldensi*, & persuasit fratri *Otthoni Comiti in Ravensberg* / &c. ejusque uxori *Comitisse Haddewige* nomine, tum deinde filiis eorum *Hermanno Præposito Tungerensi*, *Ottoni Canonico Osnaburgensi*, *Ludovico & Brunoni* fratribus, ut & illi villas, prædia, agros, possessiones, & alia bona conferrent ad duodecim præbendas, quatuor presbyterales, quatuor diaconales, & quatuor subdiaconales constituendas in novo collegio, quod auctoritate reverendi Domini *Ottonis Paderbornensis Episcopi* faciebant, concessa istis *Canonicis novarum præbendarum immunitate & libertate*. Hoc ita per *Episcopum Osnaburgensem* & prædictos ratificatum est anno 1214. 2 Idus Julii, &c.

In Comitatu Ravensburgico captus est post multa utrobique hostilia commissa, à *Wilhelmo Duce Montis, & Comite Ravensburgico & Ottone Comite Tecklenburgico* hostis eorum *Simon Comes de Lip.* anno 1373.

Ex *Chronico Coloniensi* pauca excerpta.

Guilielmus de Monte Dux & Comes de Ravensberg captus à filio *Adolpho*, qui tunc occupabat Comitatum Ravensburgicum, cum autem mater, quæ erat soror *Cæsaris Roberti Palatini Comitis & Bavaria Ducis*, conquiretetur de violentia filii apud fratrem, banno imperiali notabatur. *Adolphus*; interim fit compositio inter patrem & filium, & liberato pater, consequitur partem Ducatus Bergensis filius, nempe illam, quæ ab *Wipera* fluminis erat Ducum Bergensium: Postea cum frater *Adolphus* *Wilhelmus* desereret Episcopatum Paderbornensem spe melioris lucri, & speraret se Coloniensem Præsulatum impetraturum, atque in eo fructuaretur, iniiit tandem post multa bella, quæ gesserat cum *Theodoro de Morsa Comite* obtinente Archipræsulatum, rationem concordie, & ducta ejus ex sorore nepte filia *Nicolai Tecklenburgici Comitis* occupavit Comitatum Ravensburgicum, relicto Ducatu Bergensi *Adolpho* fratre.

Hic *Wilhelmus* ut erat magnæ autoritatis Heros, cum Archiepiscopo *Nicolao de Delmenhorst* (teste *Errwino*) redegit in concordiam Episcopos dissidentes & belligerantes, *Monasteriensem Henricum de Morsa*, & *Osnaburgensem Joannem Deipholdium*, &c.

Chronicon Coloniense refert, quomodo *Bohemi* vehementer vastaverint templa, ædes & tuguria per totum Comitatum Ravensburgicum, propterea quod quidam Dominus de *Swaynenburgh* esset in nomine affectus in Aula Ducis Bergensis, &c.

Gobelinus Decanus Bileveldensis scribit in suo *Cosmodromio*, quomodo domuerit *Phriseos* potenter Comes Ravensburgicus, & reversus domum victoriam inde retulerit.

F I N I S.